### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

# JUS NATURÆ AD MODUM HABITUS

OMNIBUS CONGENITUM ATQVE SIC INSITUM UT NEC

**INFANTIBUS NEC a PARTU SURDIS ET COECIS ID**

JUSTE DENEGETUR.

QVOD

*CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULT. PHILOSOPH,*

PRÆSIDE

**JO. JOACHIM. WEIDNERO, D.**

*DN. PRÆCEPTORE, PATRONO AC FAUTORE OMNI HONORIS CULTU & VULTU DEVENERANDO*

*AO. MDCCXII. D. III. DECEMBR.*

IN AUDITORIO MAXIMO

HORIS CONSVETIS

PRO VIRILI DEFENDET:

**GOTTLIEB. WILH. HORNEMANN. WITTENBURGO MEGAP.**

SS. TH. & PHIL. STUD.

ROSTOCHII,

TYPIS JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC. ET *ACAD.* TYPOGR.

Digitized by Google

VIRIS

DE ECCLESIA CHRISTI ET OFFICIIS SUIS UBIQ; MERITISSIMIS

*MAXIME REVERENDO ET AMPLISSIMO DN.*

# DN. M. LAURENTIO CARMON,

Diœceſeos Hagenovienſis Seniori & Ec-
cleſiæ, qvæ ibidem Chriſto colligitur, Paſtori
longè meritiſſimo atqve graviſſimo.

Dn. Cognato, Reverentia exquiſitiſſima
ad cineres proſeqvendo.

*UT ET*

*PLURIMUM REVERENDO ATQVE CLARISSIMO*

VIRO

# DN. FRIDERICO SUSEMIHL,

Eccleſiæ Neokirchenſis & Lucovienſis
Doctori Animarumque Curatori dexterrimo.

Affini meo dilectione ac affectu impenſiſ-
ſimo longè æſtumatiſſimo

*Studiorum meorum Promotoribus atque Fautoribus
honoratiſſimis amatiſſimisqve*

Specimen hoc Academicum cupit ſacrum:

Nominum adeò celebrium

*devotus & addictiſſimus Cultor,*

G. W. HORNEMANN.

Digitized by Google

# CONSPECTUS

Præſamen inſignem eminentiam hominis præ bruto ex Cicerone inſinuat.

## TRACTATIONIS.

§ I. *Jus Naturæ* habitum eſſe, demonſtraturus, præmittit, qvid Philoſophis dicatur, *potentia remota*, *potentia proxima*, *actu primo*, vel *ſecundo*, & demum *habitu* adeſſe?

§. II. Theologis aliqvib9, qvi adverſus *Socinianos & Arminianos* in gemina ferme cauſa decertarunt, exhibitis, incruſtati erroris de *Jure Naturæ* Autorem *Muſæum* deſignat, cujus palæſtram ingreſſi ſint *Thomaſius*, *Hebenſtreit*, & *Buddeus*.

§. III. Statum controverſiæ ex Dn. *Hebenſtreit & Abichtio* recenſet, qvibus & Dn. *Hollazius* ſuccenturiatur.

§. IV. Noſtram hypotheſin adjicit, eſſe ſc. *Jus naturæ* ad formam *habitus conati* concipiendum.

§. V. In qvo conſenſu B. *Strykii* confortamur?

§. VI. Plenioris deductionis gratia ſiſtit Philoſophorum diſtinctionem inter habitum *connatum*, *infuſum & acquiſitum*. Jndicat porro

§. VII. Omiſiſſe hic Jll *Thomaſium* habitus *infuſos*, addita ratione, qvam *Verulamio* conſentiente, cœteris paribus non impugnaremus, niſi

§. VIII. Ex eodem *Verulamio* miniſterium philoſophiæ in Theologicis ſuo modo eſſet admittendum, velut iſtud

§. IX. *Keſlerus* probavit, item: §. X.

§. XI. Porro explicat Jll. *Thomaſium* habitus *connatos* ad *potentiam naturalem* retuliſſe, qvas partes defendere moliantur, *Groſſerus*, *Amtor*, *Autores collegii Conymbricenſis*, *Velthuſius*, *Lockius*, *Stevartus*, *Clericus*, *Titius*, *Gundlingius*, *Rechenbergius jun. Genzkenius*, *Breithauptus*. ubi & ratio defenſionis *Pufendorffianæ* ſiſtitur ex *Thomaſio & Titio*.

§. *XII*. Repetit propterea, qvod per *inſcriptionem* veritas *adeſſentia* exigatur, ut tamen *ipſam mentis formalem eſſentiam non abſolvant ideæ*, quod adverſus *Hannemannum* ex *Hochſtettero* deducit.

§. *XIII*. Argumenta Pufendorffii examinaturus, Loca Biblica ſiſtit & hodegum *Pufendorffi Grotium*, ad Locum Jonæ IV. 11. cum duplici inſtantia adverſus eundem ex Gen. *III*. 5. & 2. Sam. *XIV*. 14.

§. *XIV*. Anonymum Socininizantem, qvi per *ſcientiam boni & mali* arborem & nuditatem ignoratam intelligit ex Dn. *Schmidio* Lipſ. *Chryſoſtomo & Seb. Schmidio* refutat.

§. *XV*. *Clericum* ſibi non conſtantem adjicit & *ſcientiam boni & mali* explicat, addito *Schmidio* atqve *Lyſero*.

§. *XVI*. Apud *Jonam* non negari ſimpliciter omnem ſcientiam, ſed *comparative* agi decidit, & B. *Lutheri* ſententiam, *de omnibus Ninivitis hoc eſſe intelligendum* refert.

§. *XVII*. Modeſtum noſtrum adjicit diſſenſum, cum rationibus, qvæ ſtant à parte infantum, & defenſione multitudiuis liberorum ex *Polo & Schurzfleiſchio*.

§. *XIIX*. Expreſſius habet, qvod *bonum & malum adjuncta negatione* τῷ nihil qvicqvam non æqvipolleat, vindicans ea propter adverſus *Clericum* loca 2. *Sam. XIV*. 14. *Gen. XXXI*. 29. 2. *Sam. XIII*. 22. &

§. *XIX*. *Locum Eſ. VII*. 14. *ſ. ex Schmidio Calovio & Danzio*.

§. *XX*. Adverſus Claudium monſtrat, qvod *bonum & malum* Eſ. VII. 15. & 16. non ſignificet *electos & reprebos* ex Luc. II. 40. 51.

§ *XXI*. *Cumberlandii* exceptionem, cum repetita explicatione dicti *Rom. II*. 15. & rejectis locis Jer XVII. 1. & Luc. II. 5. velut horſum non pertinentibus, dimittit.

§. XXII. Cum Dn *Hebenſtreit* eandem cauſam volvente, ex Euſtatio diſputat, qvid verbum ἐπιγίγνομαι velit? & qvomodo inſit *Jus Naturæ*? accito *Ariſtotele*.

§. X X *III*. De *Phyſicè* monſtroſis applicationē incipit, adductis qvibusdā ex Libr. *De Conſolatione*.

§. XXIV. *Hobbeſii* atheiſticam ſententiam, acſi *Atheiſmus ad peccata ignorantiæ* referend& refutat cum *Thomaſiano* conſenſu, ex *Cicerone*, *Gerardo de Vries & M. Tiezmanno*.

§. XXV. Infantum, à partu ſurdorum & cœ-

eorum cauſam vindicaturus, exemplum *juvenis ruſtici* à partu ſurdi ex *Hiſtoria Academiæ Regiæ ſcientiarum* recenſet &

§. XXVI. Exemplum *pueri polonici inter urſos educati ex Dn. Connor* adjicit.

§. *XXVII.* Opinata Dn. *Connor* ſubmittit, qvod ſc. talis homo habuerit *animam vitalem* non vero *Spiritum rationalem.*

§. XXIIX. Eadem per Illuſtrem *Thomaſium* incruſtari docet.

§. XXIX Specialius exprimit, qvod per *rationem* intelligat Ill *Thomaſius* nudam *potentiam.*

§ XXX. Eandemqve converſationi ac loqvelæ in totum adnectat, &

§ XXXI. Hominibus exhibitis diſputet, &

§. *XXXII.* Inſtantiæ cauſa exempla *infantum recens natorum, furioſorum, planè ebriorum, ſopore oppreſſorum & graviter vulneratorum* attulerit & rationis operationem *diverſo ſanguinis motui* adligaverit

§. *XXXIII.* Adverſus hæc nociva nova præeunte *Wedelio & Scapero* inſurgere incipit.

§. *XXXIV.* Docens hominem conſtare *duabus partibus eſſentialibus*, corpore & anima, vi dictorum Biblicorum plurium & teſtimonio Teuberi ac Senſtii.

§. *XXXV.* De corporeæ machinæ partibus *ſolidis, mollibus ac fluidis ex Bauhino, Wedelio, Teubero & Dethardingio*, probat qvod partes *fluidæ veri nominis Spiritus* non ſint, admirans de cœtero ſingularem omnium harmoniam ex *Meurero.*

§. *XXXVI* Ex Wedelio, Dolæo & Teubero hæc illuſtrans, ſententiam *Religioſi* cujusdam Dnn. Medicis diſcutiendam relinquit.

§. *XXXVII.* Alteram hominis partem *Animam* conſideraturus, de *prinpio motus mater e vindicato* diſqvirit, & ex *Varenio* veram *Animæ formam* ſubmittit.

§. *XXXVIII* De anima ſic dicta brutorum [illegible] gradum præmittens ex *Teubero* & *Sturmio*, animam rationalem vindicat homini, præeunte *Sturmio.*

§. *XXXIX.* Et adverſus *Dn. Connor* demonſtrat, *qvod homo vitam nonniſi per animam rationalem habeat*; ubi de ovulis per *Wedelium & Drelincurtium*, contra *Leuwenhoeckium & Lamzwerdium* qvædam inſpergit.

§. *XL.* Pluribus demonſtrat, homines *animam ſuam propagare vi prima benedictionis ex locis Biblicis* clariſſimis, collato *Hunnio.*

§. *XLI. Dn. Sturmio* contradicenti *Meiſnerum* opponit &

§. *XLII. Thummium* ac *Danhauerum.*

§. *XLIII. Scharffium, Sennertum, Sperlingium*, quibuscum exactè conſenſit *Lyſerus.*

§. *XLIV.* Præeunte *Dickinſonio* ipſa cohabitatione conceptionem abſolvi totam, conſenſu *Lipſii & Lyſeri* decidit

§ *XLV.* Nec ſine anima rationali vitam dari, adverſus *Dn. Connor* evincit. Unde

§. *XLVI.* Scommata illa *Thomaſii* de Sagarum Diabolica imprægnatione refert.

§. *XLVII.* Adverſarios ipſius hac in cauſa exhibens concedit *molas*, *ſed non vitales produci ex Becmanno & Tenzelio.*

§. *XLVIII.* Quales itidem Sathanæ ope producuntur ex Ill. *Kleinio & Luthero.*

§. *XLIX.* In qvibus Diabolus ad analogiam animæ ſit forma aſſiſtens ex *Luthero & Rumpaeo.*

§. *L.* Cum ergo in homine vera vita ſine anima rationali non inveniatur, Illuſtri Dn. *Thomaſio* inſtantiam dat de *Spiritu Platonico*, figmento illo in fundo cordis abſcondito, cujus nondum illuminatus non eſt conſcius, nec illuminatus memor.

§. LI. Magis ergo propitia veritate doctrinam Juris N. *ſimilibus* illuſtrat ex *Kœnigsmanno & Mollero.*

§. LII. Item ex *Nevio*, cujus deductio.

§. LIII. continuatur, ut tandem.

§. LIV. Repetitis argumentis principalioribus hæc Diſſertatio ſit abſoluta.

Digitized by Google

*Clariſſimo Dn.* RESPONDENTI.

DUm Mars circum nos tumultuatur & Academicis velitationibus ſilentium propemodum indicit, Tu, Amice optime, mediis in turbis literaria certamina inſtituis & cum commilitonibus Tuis in arenam deſcendis. Dum alii pro imperio provinciisque decertant, plurimumqve ſæpe ſanguinis fundunt, Tu pro veritate & transfuſo in ipſam hominis naturam honeſtatis omnis & juſtitiæ principio militas, & ingenii Tui opes ſine ullo vitæ Tuæ periculo profundis. Macte hac Tua fortitudine! Sit illa omen ſuccedentis olim in Eccleſia gravioris, contra errores & vitia, certaminis, victoriæqve adverſus hæc humani generis monſtra obtinendæ! Tu verò in laudatiſſimo hoc ſtudiorum Tuorum curſu perſevera & Divinam benedictionem à fonte omnis boni expecta. Scr. die XXX. Nov. MDCCXII.

JO FECHT, D.

---

*Nobiliſſimo, Clareq; docto Dn. Reſponſuro, Amico atq; Auditori ſ[illegible] Suaviſſimo ac impenſe dilecto proſperrima qvævis apprecatur;*

PRÆSES.

EGregie *Manilius* ſuo tempore aſſiduos prudentiorum conatus hoc expreſſit rythmo:

*Omnia conando docilis ſolertia vincit;*
*Nec prius impoſuit rebus finemqve modumqve,*
*Qvam cœlum aſcendit ratio, cepitqve profundis*
*Naturam rerum cauſis, viditqve, qvod uſqvam eſt.*

In qvo feliciori niſu cum & Te Eruditiſſime Amice indies deprehenderim, & qvævis bona fatis tuis venturis præſagiam; non poſſum non, qvin ex animo ſpecimini Tuo gratuler Academico, medullitus optans, Velit DEUS T. O. gratia Sanctiſſimi ſui Spiritus perficere porro Studia Tua in honorem Sanctiſſimi Nominis Sui fortiter exantlata, ut Clariſſima Familia gaudium ſortiatur perenne, inprimis verò Eccleſia noſtra experiatur aliqvando Virum ſolida eruditione probe munitum & partibus ſuis gnaviter invigilantem. Exſurgere præterea fatis Tuis æternus faciat Arbiter tantos Patronos, qvorum ſub umbone felix evadas Divini Numinis Miniſter & glorioſe ad æternam decertes liberationem. Vale in DOMINO!

Ad

Digitized by Google

Ad

*Nobiliſſ. atqve Clariſſ. DN.* HORNMANNUM

GEnitoris tui inter Cœlites jam nunc triumphantis virtutes ac optima in Eccleſiam ſuam merita, cum Paſtorem ille Witteburgenſium in hoc Ducatu ageret ejusdemque Diœceſeos Præpoſiturâ, ceu dicunt, fungeretur, uno qvaſi omnium ore collaudari, me puerum adhuc, in paternâ meâ familiâ haud procul ac iſthac urbe tunc temporis hærentem, audiviſſe memini. Cujus, ſtatim ac ad Academiam noſtram accedens in notitiam meam veniſti, recordatus augurabar, futurum eſſe, ut & Tu ipſe paterna vestigia ſeqvendo paribus pasſibus ad talem laudem graſſaturus ſis. Neqve iſtud augurii hactenus me fefellit. Etenim, ut morum probitatem, qvam, qvi Te norunt, omnes in Te æſtimant laudantqve, ſilentio præteream, in Studiis tuis eam Te adhibere asſiduitatem, attentionem & induſtriam his meis oculis vidi, qvam exſpectare à Te atqve ſperare Doctores tui potuerunt. Cumqve nunc publico ſpecimine oſtendere conaris, eum in finem Te ſtudia tua tractaſſe, ut Publico iisdem, Deo diſponente, inſervire valeas, hos tuos Tibi conatus ex animo congratulor. Numen Altiſſimum, cujus à directione omnia pendent, ſuam Tibi benedictionem nunqvam deneget, ſed faxit potiùs, ut qvem intendis ſtudiorum tuorum ſcopum obtineas, iisdem Eccleſiam maguo cum emolumento ædificaturus. Jta vovet.

*C. T.*

*Roſtochii d. 28. Novembr.* *addictiſſimus*
*Anno 1711.* FR ALB. ÆPINUS,

---

UNguibus à teneris fuit hæc TIBI ſumma voluptas
Inhærere bonis nocte dieque libris.
Dum premis asſiduis HORNMANN, veſtigia Patris,
Pulpita nunc etiam ſcandere docta lubet.
Scilicet ingenium rerum qvando occupat uſus,
Felices ſubeunt ardua multa manus.
Gratulor inde TIBI, ſuccedant omnia fauſta,
Succedant meritis præmia digna Tuis,

*Honoris & conteſtandæ amicitiæ ergò, Præſtantiſſ. ac Doctiſſ. Dno. Diſputanti hæc deprop.*

J. CARMON, D.P.P.

Digitized by Google

# PRÆFAMEN.

INſigniter & tanto Viro digna perorat prudentia Cicero in paradoxis *Num. I. Edit. Frobeniana Tom. IV. p. 298. A. 51.* Tu, cum Tibi, *ſive DEUS, ſive mater (ut ita dicam) rerum omnium natura, dederit animum, quo nihil eſt præſtantius, neque divinius: ſic te ipſe abjicies, atque proſternes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquam putes intereſſe? quidquam bonum eſt, quod non eum, qui id poſſidet, meliorem facit? ut enim quisque eſt maximè boni particeps, ita & laudabilis maximè: neq; eſt ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeſtè poſſit gloriari.* Suffragio ter facili monitum hoc amplexamur veriſſimum, & præſens equidem opera largiori hoc ipſum communiet ſerie, demonſtrando ad oculum, non ſine diſcrimine brutorum cum homine veniſe viam, ſed rationales haſce creaturas ſuperante prægredi ac antecellere gloria iſtis, quæ propter hominem & in hujus uſum produxit natura; quin nec fragilis aut vana, ſed elevatior & gravis ſolique homini competens eſt oſtentatio, memorabili à brutis ſeparari diſtantia & anima perfici miris modis illuſtri, quam ſua deturbare prærogativa nec morbus nec malum ſuppeditet ullum, cum habitu Juris naturæ jubar indelebile inſtar hæreditatis fuerit nacta, cujus ſtricturæ ſi obfuſcantur fortean aliquando perimi tamen ſimpliciter nequeunt: Abundantiſſima hoc reſplendeſcet luce curatius animadvertenti, *quomodo omnibus hominibus Jus Naturæ ad modum Habitus ita ſit congenitum atque inſitum, ut nec infantibus nec à partu ſurdis & cœcis id juſtè denegetur,* In hunc finem laboranti;

Tu Qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœlique ſator, ſatis ô ſatis inquam,
Si præſens mihi Numen ades mea cœpta ſecundans!

A      TRA-

Digitized by Google

# TRACTATIO.

## §. I.

CUm ſit evictum, Jus Naturæ completa ſua forma adeſſe velut congenitum atqve inſitum, etiamſi per ſenſus & Phantaſiæ opem nihil advenerit, reſtat jam tantummodò, ut demonſtretur, quomodo hæcce Juris Naturæ completa forma *habitu* qvodam non verò *potentia* nuda adſit? Obſervandum ergò, qvod Metaphyſicis aliqvid adeſſe dicatur,

(1) *Potentiâ remota*, quando id, quod infertur, non niſi interveniente uno aut pluribus aliis actibus, non tamen nimis remotis poteſt in actum deduci. Vid Scheiblerus *Opp. Metaph. L. I. C. XIV. n.* 48. & D. Jo. Chriſtophorus Hartung. *Metaph. Jurid. Cap. III.* §. *XXV. p.* 121.

(2) *Potentiâ proxima*, quando id, qvod infertur, in ſubjecto ultimo poſitum & non impeditum, immediatè poteſt exire in actum. Conf. Hartung. l. c. §. *XXVII.* Et Ebelius *Opp. Philoſoph. curante D. Ruderauffio prodeuntium Edit. Francof. de Ao.* 1677. *p.* 528.

(3) *Actu*, quando id, quod infertur, exiſtentiam ſuam ita habet, ut exercitium & realitatem ſuam aut exerere datis circumſtantiis poſſit, qva forma *Actus primus* inſignitur; aut etiam omni ſua formalitate exerat, qvomodo *Actus ſecundus* appellari conſuevit. Legatur Paſcha *Metaph. Cap. de Actu & potentia Præcept. III.* §. *I. p.* 320. & Neander *Ontoſophia Cap. Eod. p.* 258. *ſ.*

(4) *Habitu*, quando id, quod infertur, exiſtentiam ſuam ita habet, ut ſit qualitas operativa ſimpliciter, ſubſtantiam creata ſecundò & mediante potentia naturali perficiens ad operationẽ fortius radicatam, & aliqvando crebris, aliquando nullis hominum actionibus acquiſitam, difficulter tamen, quin aliquando planè non mobilis. Addatur Paſcha Cap. *de Qvalitate, præcepto V. p.* 902. *ſ.*

## §. II.

Subtilitates reliquas Philoſophorum parùm curans, nec exempli

pliſ variis deducendis admiſſus, rem potius aggredior propius, & qui conſpicuum omnibus reor, qvid contra Socinianos evictum certa Theologorum? Conf. Thummii, Tarnovii, Scherzeri, Calovii pluriumve divina ſcripta; Qvid item adverſus Arminianos, ejusdem criminis reos obtinuerint? Vid Calovius, Clozius, Franckius, Qvenſtedius & plures; Id demum præmittendum duxi, qvod Jo. Muſæus autor fuerit ingentis hujus controverſiæ incruſtatæ, qvam ad hunc usque diem celeberrimi tuentur viri: Palæſtram namque memorabilem poſt iſtos, qvos partibus ſuis conciliare anniſus illuſtris Dn. Thomaſius aperuit denuò Summè Rev. Dn. D. Hebenſtreit, dum, qvæ in *Philoſophia Prima & Sapientia prima* in gratiam Muſæi dederat, in *Syſtematis Theologici Prolegomenis Cap. I. §. L. p. 79. ſ.* prolixiſſimis repetiit atqve auxit, in qva & ſententia hodie manſit Dn. D. Buddeus *Inſtit. Theol. Mor. Part. II. C. II. §. V. p. 543. ſ.*

§. III.

Poſuit verò hunc ſtatum controverſiæ Dn. D. Hebenſtreit:

*Notitiam ſc. DEI naturalem*, (ſvel ſi phraſi & methodo noſtra veniret expreſſio, Jus Naturæ,) inſitam revera nobis eſſe congenitam *Theſ. L. §. 5. p.* 82. interim tantum in *potentia* dum nobis qvædam potentia DEUM cognoſcendi natura inſit §. 9. qvæ tamen potentia ſit *propinqva* ſeu *proxima*, h. e. qvædam cognoſcendi vis intellectui ſuperaddita & congenita, qvæ ſtatim apprehenſis terminis & acceptis ſpeciebus intelligibilibus ſeſe exſerit inqve actum erumpit, niſi impedimenta qvædam aliundè objiciantur, & ſic non *remota* tantùm, cum id qvod in potentia remota congenitum dicatur, abſolutè & ſimpliciter non dicatur connatum §. 10. E contra verò hanc notitiam congenitam non ineſſe nobis in *potentia completa*, quamdiu enim ſpecies rerum intelligibiles deeſſent, potentiam cognoſcendi in intellectu noſtro non eſſe completam, aut velut alii loqvuntur *actu primo* §. 11. 12. longè minus *actu ſecundo* §. 6. Conſentit in hiſce Celeberrimus apud Lipſienſes Orient. Profeſſor Dn. Abicht, Diſſert. *de Damno Atheiſmi in Rempublicam* §. *VI.* ubi ſcribit: *Qvod τὸ γνωςὸν hominibus manifeſtatum attinet, certum eſt, illud tantum eam mentis indicare diſpoſitionem & aptitudinem (qvam alii potentiam propinqvam appellant) qva facile in DEI co-*

*gnitionem penetrare poſſumus*; & paulò poſt illud ipſum cum *potentia ſaltandi* comparavit. Et qvod maximè mirum judicavi Dni D. Hollaz Muſeana itidem ſecutus eſt caſtra *Examinis Part. I. C. I. Q. V. p. 294.*

§. IV.

Nos è contraria parte notitiam naturalem ſeu ut more Diſſertationis præſentis loqvamur, Jus naturæ omnibus hominibus lactentibus & adultis inſitum, congenitum & connatum credimus, non in *potentia remota*, hæc enim nominalis *potentia* diſtinctionis æqvivoca eſt pars; nec in *Potentia proxima*, huic enim terminus ſuus, & forma iſtius qvod revera adeſt & agit deeſt; Sed potius *Actu primo*, dum iſtud formam ſuam completam habet, unde provenire operatio poteſt; imò *actu ſecundo*, qvia reipſa exercitium & realitatem ſuam exſerit? Qvin tandem jus hoc naturæ & legem ſanctiſſimi Numinis hominum mentibus natura inditam ad formam *habitus connati* concipimus & venditamus. Conf. §. I.

§. V.

Amplexamur hic conſenſum incomparabilis & per omnem orbem incluti Juris Conſulti, Perilluſtris qvondam & verè Excellentiſſimi Dn Sam. Stryckii, qvando *Annotationum ad Lauterbachii Compend. Digeſt. p. 17.* hæc reliqvit: Non ſatis illi videntur Theologis noſtris exprimere vim ingeniti connatiqve luminis, vi cujus juſta & injuſta diſcernimus, qvi vocabulo *potentiæ* utuntur; qvæ nihil ulterius involvit, qvam *aptitudinem*, *qva per aliud perfici poſſit*, niſi jamdum habitum ſupponat, (qvalis eſt potentia loquendi germanicè in homine germano) Etenim homo non tantum facile adſenſum præbet, ſi audierit Juris Naturæ præceptum aut ſi aciem intendat, ex evidentibus principiis valet deducere concluſiones & ſe aſſueſacere huic diſciplinæ, Sed etiam non inſtructus, non eruditus, non aſſuetus τῇ φύσει ſæpiſſimè ſeu natura opera legis facit, docente Apoſtolo ad Rom. II. v. 14. Unde Theologi noſtrates homini aliqvid majus potentia, reſpectu juris Naturæ tribuunt & vel habitum, vel certè aliquid habitui analogum, potentiæ ſuperadditum, h. e. qvandam veram, realem & operoſam γνῶσιν i. e. non literas ſed ipſam rem; qvæ

Digitized by Google

qvæ deinceps liqvidius cognoſcitur per ipſam operationem intelle- „
ctus & ratiocinationem ; qvod notanter Apoſtolus d. l. verſ. 15. „
exprimit, dum ait: opus legis ſcriptum in cordibus Gentilium v. „
Wellerus *Comment. in Ep. ad Rom. d. l.* Diſſertatio Rachelii *de Ju-* „
*re Nat. §. 17. p. 13. ſ.*

## §. VI.

Ut verò pleniori deductione rem exſeqvar, tunc conſtat, Philoſophos hactenus diſtinxiſſe inter habitum connatum, infuſum & acqviſitum;

*Connatum* qvem & *Concreatum* inſignivere, dicebant talem, qvi à natura ineſt, & ſicut per creationem venit, ita per generationem conſervatur ac tranſit; ſicqve mediante potentia naturali perficit hominem qvoad operationem, referebant horſum imaginem divinam & Jus naturæ, ipſiusqve reliqvias, qvæ ut ſuo tempore videbimus, ad imaginem divinam referri neqveunt.

*Infuſum* nominant, qvi per influxum ſolius DEI aut extraordinarium aut ordinarium venit. Hujus generis ſunt habitus in ſtatu ſanctificationis obvii, ut fides, ſpes, charitas, illius verò dona Prophetiæ, miraculorum, lingvarum. Tandem

*Acqviſitum* ſtatuunt, qvi per proprios actus & laborem operantis comparatur, qvorſum ſpectant ſcientiæ & artes Conf. Paſcha, Neander & plures Philoſophorum.

## §. VII.

Placuit hic Illuſtr. Dn. Thomaſio omittere habitus infuſos, weil Er die Grentzen des Lichtes der Natur und der Offenbahrung nicht verrucken wollen. Vid Lib. I. Cap. I §. 3 Juriſpr. Dnæ, ubi & § 4 decidit, daß die ſo Glauben/ Hoffnung / Liebe / ja die Theologie ſelber unter die habitus zehlen nichts anders thun als die Geheimniſſe des Glaubens mit dem ungeſchickten Maß der Vernunfft abmeſſen. Ego ſi demum ſtatus controverſiæ curatiorem haberet formam, facile conſentirem & placuerunt mihi dudum qvæ ex Verulamio citaverat illuſtris Vir *Introd ad Philoſoph. Aulicam. Cap. II.* § 39. cum multis, qvæ ſeqvuntur Exeundum namqve eſt *Theologiam ſacram & inſpiratam* tractaturo *è navicula rationis humanæ* „
(verba hæc ſunt Verulamii: *De augmentis Scientiarum Lib.* IX C. „
I. *p.m.* „

„ I. p. m. 731.) & tranſeundum in Eccleſiæ navem, qvæ ſola *acu nau-*
„ *tica divina pollet*, ad curſum rectè dirigendum. Neqve enim ſuffi-
„ cient amplius *ſtellæ Philoſophicæ*, qvæ hactenus præcipuè nobis afful-
„ ſerunt. Itaqve par foret ſilentium qvoqve in hac recolere.

§. VIII.

Sed nihilominus Illuſtriſſimus iſte Anglus dedit aliqvid, qvo ſaniorem Philoſophorum proceſſum multis modis communivit. Scribit namqve *l. c. Cap.* III. *p.* 555. Qvod ſi qvis objiciat, *animorum curationem Theologiæ ſacræ munus eſſe, veriſſimum eſt, qvod aſſerit. Attamen Philoſophiam moralem in famulitium Theologiæ recipi, inſtar ancillæ prudentis, & pediſſeqvæ fidelis, quæ ad omnes ejus nutus præſto ſit, & miniſtret, qvid prohibeat? Etenim qvemadmodum in Pſalmo habetur, qvod oculi ancillæ perpetuo ad manus Dominæ reſpiciunt: Cum tamen minimè dubium ſit, qvin haud pauca ancillæ judicio & curæ relinqvantur; eodem modo Ethica obſeqvium Theologiæ omnino præſtare debet, ejusqve præceptis morigera eſſe, ita tamen ut & ipſa intra ſuos limites, haud pauca ſana & utilia documenta continere poſſit.* Applicarem hæc connexione ſeqventi: Qvod ſi quis objiciat, Revelationis & Bibliorum munus eſſe, ut qvæ de fide & ſalute hominum exhibuit, definiat item, & diſtingvat, tunc etiam veriſſimum eſt, qvod aſſerit. Attamen Philoſophiam in famulitium Theologiæ recipi inſtar ancillæ prudentis & pediſſeqvæ fidelis, qvæ ad omnes ejus nutus præſto ſit & miniſtret, qvid prohibeat. Etenim qvemadmodum in Pſalmo habetur, qvod oculi ancillæ perpetuo ad manus Dominæ reſpiciunt: Cum tamen minimè dubium ſit, qvin haud pauca ancillæ judicio & curæ relinqvantur; Eodem modo Philoſophia obſeqvium Theologiæ omnino præſtare debet ejusqve præceptis morigera eſſe; ita tamen ut & ipſa intra ſuos limites haud pauca ſana & utilia documenta de definitione, diviſione, qvalitatibus, habituum natura, motibus, corporibus &c. continere poſſit; præſertim cum, qvæ ſupra declaravimus, hic itidem ſuam fœnerentur lucem.

§. IX.

Si & prolixiori hujus rei urgeretur deductio, dediſſet eandem abſolutiſſimè Keslerus *Examinis Logicæ Photinianæ Epiſtola dedi-*

Digitized by Google

dedicatoria his verbis: *Duo ſunt præcipuè momenta, in quibus cardo vertitur diſputationis, quæ de Studii Theologici & Philoſophici conjunctione ſuſcipitur; unum eſt, utrum ſtudia illa conjungenda ſint? alterum quomodo? Quoad prius; quanquam inveniuntur, qui Theologiam & humanam ſapientiam tantis intervallis diſſeparant, ut ſtatuant quæ in Lycæo hauſta ſunt, Hieroſolymis dediſcenda eſſe, neq; ad terræ ſanctæ montem Horeb acceſſum patere, niſi calceamenta in Ariſtotelis officina induta exuantur: tamen præſtantiſſimi quique Theologi & ore & opere mutuas utriusque ſcientiæ operas commendant. Quorum quidem veſtigia accuratè legenda cenſent, qui aliqua meditationis induſtria tum duo illa ſtudia, tum orthodoxos & heterodoxos inter ſe conferunt: quippe collatio illa non poſſibilem ſolummodo eſſe ſtudii Theol. ac Philoſoph. ſocietatem oſtendit, verum etiam vel maximè hoc quidem ſeculo, neceſſariam perſuadet. Domina eſt Theologia, famulatum Philoſophiæ non reſpuit, ſed (1) ad terminorum explicationem (2) legitimam diſputandi, tum in confirmando, tum in confutando rationem, (3) methodicam rerum præceptorumque diſpoſitionem requirit. Serva eſt Philoſophia, Dominæ Theologiæ non refragatur, ſed ſubordinatur, dum (1) perficitur ex ſacra Scriptura; per quam ſcoriam ab auro in quæſtionibus Philoſophiæ dubiis ſeparare non licet ſolum ſed & conducit. (2) ſuccenturiatam operam Theologiæ præſtat, tum in confirmando, tum in refutando. Sæpiſſimè enim & recta ratio vel aliquo modo confirmat vel illuſtrat ea, quæ Theologia exponit. Orthodoxi felicius prælia Jehovæ præliantur ſcientiarum humanarum cote politi, armorum etiam, quibus Antagoniſtæ utuntur, periti. Heterodoxi facilius criſtas deponere coguntur, audaciæque pœnas luere, è latebris rationis humanæ producti, armis etiam, quibus confidebant exuti.*

## §. X.

Et pergit ſtatim: *Ergone mixtio Theologiæ ac Philoſophiæ arridebit? minimè verò. Nam ut ad poſterius provehar, uti monſtroſum illud rerum divinarum & humanarum chaos optimi quiq; perfecto odio execrantur, ita debitam earum conjunctionem utraque manu iidem amplexantur. Maneant diſtinctæ diſciplinæ Theologia & Philoſophia, quoad præcepta, ut tamen quoad uſum in illius imperio hujus virtus famulatrix eluceſcat. Conjungetur ritè Theologia*



Digitized by Google

*cum Philoſophia; ſi ſtudeatur* (I) *a parte illius; ut* (1) *in foro Theologico res methodicè explicentur* (2) *praecepta debitè diſponantur* (3) *legitimus in diſputando proceſſus obſervetur*, (4) *argumentis Philoſophicis Theologica illuſtrentur.* II. *à parte hujus, ſi ex Sacra Scriptura Philoſophia perficiatur* (2) *qvæ in Theologia principia Philoſophica, vel falſa finguntur, vel vera illegitimè applicantur, ſecundum ductum rectæ rationis dijudicentur. In qva altera parte ita verſari profuerit, ut qvæ in Scripturis adverſariorum Theologicis Philoſophica occurunt principia; ſeorſim notentur, ne ſtudiorum fiat confuſio, notata verò ſeorſim, etiam ex rectæ rationis fundamentis examinentur, ne vel Theologiæ vel Philoſophiæ injuria inferatur.*

§. XI.

Ex improviſo id non cecidit, qvod Illuſtris Dn. Thomaſius habitum connatum planè neglexit, qvia enim habitum connatum ad *potentiam naturalem* retulit, & in opinione iſta perſeverat, naturam nobis ſolam operandi facultatem tribuere non autem habitum, hinc in Philoſophia ipſius ſolus *acqviſitus* remanere potuit Conſ. eandem ſententiam fovens Groſſerus *in Pharo intellectus Cap. III. p. 31.* & Dn. Amtor Epiſtola Collegiis habendis præmiſſa Ao. MDCCXI. d. 25. Octobr. publicata. Videndum ergò protinus qvid obverterint autores hujus ſententiæ? ubi, ut advertatur, qvàm celeri multiplicatione ſerpat error, non ſatis fuit *Jeſuitis*, Autoribus *Collegii Conymbricenſis qvi Libr. de Anima p 476. ſ.* hanc incruſtarent opinionem, qvam expolire auſi ſunt *Velthuſius*, *Lockius*, *Bentleyus*, *Sivartus Clericus*; Sed & in Imperio noſtro Germanico Multi Jure Conſultorum, qvos inter par iſtud inclitum, Dn. *Thomaſium* & Dn. *Titium* tantundem recenſuero, & Philoſophi multi qvorum jam ducent chorum *Gundlingius*, *Rechenbergius* Junior & *Genzkenius*, imo Theologi, qvorum unus poſt jamdum exhibitos Dn. *Breithauptus* nempe ſufficiet, hæc opinata propugnare ſuſtinent. Cauſam verò ipſam aſſerere nititur Ill. Dn. *Thomaſius* præf. §. 46. p. 35. ſcribens: Es habe Hr. Puffendorff wohl bezahlet und gantz deutlich und aus andern Bibliſchen locis parallelis dargethan / daß durch das Einſchreiben in der Menſchen Hertzen gantz etwas anders / als ein ſolcher angebohrner habitus verſtanden werde & Conſultiſſi-



Digitized by Google

mus Dn. Titius *Libr. Obſerv. ad Puſendorffium: De officio hominis & Civis Libr. I. Cap. III Obſervat.* 85. *p.* 136. ſcribit: *Vulgò tamen connata illa juris naturalis notitia, pietatis cujusdam ſpecie blandiri, ac ideo probari ſolet, in ejusqve confirmationem etiam adducitur Rom. II, 15. in qvo Apoſtoli dicto urgent* (1) *vocem* φύσεως *qvæ externa principia excludat* 1. *Cor. II,* 14. *Gal. II. v.* 15. *Eph. II.* 3. *Jud. v.* 10. (2) *inſcriptionis, qvæ habitui acqviſito opponatur Jerem. XXIV,* 7. *XXXI,* 33. *Vid. Scherzerus Syſtem Theol. Loc.* 9. §. 12. Et decidit ad hæc: Sed illa ſatis diluit Autor in Opere majori *d. l.* 2. *c.* 3. §. 13. verb. *qvæ à plerisqve*, oſtendens, qvod per inſcriptionem ſaltem indicetur *certa ac liqvida cognitio, non à modus eam obtinendi.*

§. XII.

Sed qvod per inſcriptionem *veritas* demum *adeſſentiæ Juris naturæ* probari poſſit, hoc antea ipſimet profeſſi ſumus, actualis autem ſignificatur inſcriptio & verè conſummata, non verò *potentionalis*, qvæ tum demum in actum prodeat, cum ratio ſe vindicare & exſerere incipit. Analoga igitur hæc eſt inſcriptio illi, qva primo homini eſt inſitum jus naturæ, præterea hæc actualis inſcriptio id evincit, qvod ideæ puræ mentibus noſtris inſitæ, non *ipſam mentis formalem eſſentiam abſolvant & cum ipſa mentis eſſentia concidant*, qvod voluit D. Hannemannus diſſert. *qvæ aliqvid* אורים & תומים *Analogum hominis menti à DEO* יהוה *eſſe inſcriptum oſtenditur. Theſ. I. Exeg.* §. 1. *p.* 2. Scribuntur enim illa, *qvæ ſubjecto aliqvid ſuperaddunt, uti literæ, qvæ illas excipit, tabula conf. Luc. XXIII,* 38. *Qvicqvid autem ſuperadditum virtuti intellectivæ & ab illa tanqvam ſubjecto inhæſionis diverſum, firmiter & immobiliter infixum, eo fine ut ex ſtricturis agnoſcatur ipſa lex, ex operibus principium facilitans: Illud utiqve eſt habitus vel habitui analogum.* Vid. Hochſtetterus *Diſſ. citat. p.* 23.

§. XIII.

Qvando verò illuſtris qvondam Puſendorffius adjecit: *Nec inſuper habendum, qvod ſacræ literæ infantilem ætatem deſcribere ſoleant ignorantia recti & turpis; adultiorem illius notitia, Vid. Jon. IV.* 11. *Deut. I,* 39. *Eſ. VIII. v.* 14. 15. 16. ex qvibus primum ultimumqve locum illuſtris Dn. Thomaſius retulit, ſub rubro: Die

 kleinen

kleinen Kinder haben kein Erkäntniß der Kunſt-Wörter *Lib. I. Cap. II.* §. 68. *b.* tunc ordine exhibito videndum, an hæcce dicta Jus naturæ infantibus non eſſe inſitum, demonſtrent? Qvod ergo locum Jonæ IV. v. 11. concernit, ſatis adverti, Grotium eſſe hodegum Pufendorffii, eadem namqve vibrat tela ad l. c. ſed reſponſionem formaturus, duplici inſtantia viam paro: Major hæc eſt: Qvicunq; ignorant rectum & turpe, bonum & malum, illi ſunt infantilis ætatis: ſubſumo: Atqvi Protoplaſtæ ante lapſum non ſciverunt *bonum & malum*, id enim ex contextu, primo patere videtur conſpectu *Gen. III.* 5. Atqvi ulterius omnes ſubditi Davidis non ſciverunt *bonum & malum*, qvod involvit oppoſitio 2. Sam XIV. 14. Ergo Protoplaſtæ fuerunt infantilis ætatis, ſubditi item Davidis ejusdem conditionis.

§. XIV.

Non fugit me, qvod Anonymus qvidam Socinizans Libello cui Titulus: *Cogitationum Novarum de primo & ſecundo Adamo* §. *XII.* deliraverit: *Scientia boni & mali, quam non habebat ante lapſum homo, alioqvin ſumma preditus ſapientia, nihil aliud erat, quam arbor vitæ abſcondita (qvæ profectò erat bona) & nuditas ignorata (qvæ rationem habebat mali)* ſed demonſtravit adverſus iſtum Celeberrimus D. Schmidius Lipſienſium Theologus, purioris omnino famæ, in *ſtricturis brevibus ad hunc libellum* § 8. qvod per hanc notitiam divinæ voluntatis cognitio & qvicqvid ei adverſatur ex *Chryſoſtomo* & B. *Seb. Schmidio* neceſſariò intelligi debeat, qvamvis & arbor vitæ bona verè potuerit dici Gen. I, 31. Utpote qvæ medium immortalitatis naturalis fuerit. *conf.* §. 7. hac tamen ratione confirmari neqveat, in illa abſcondita ſcientiam boni conſtitiſſe, cum eandem & viſui & guſtui expoſitam fuiſſe, qvivis adverteret. Præterea nuditatem corporis non fuiſſe malum aut turpitudinis aut ignominiæ ſed integritatis potius naturæ & abſolutæ pulchritudinis, continentiæ & caſtitatis firmiſſimum indicium; ſecus hominem non valdè bonum & rectum condidiſſe Deum &c.

§. XV.

Miror potius præterea, qvod Jo. Clericus *Comment. in præſentem locum* concinere potuerit ſententiæ Pufendorffianæ, *acſi bonum & malum*

Digitized by Google

*malum adjuncta negatione τῷ nihil quidquam* æqvipolleat, adducens locum Deut. I, 39. antea ſiqvidem commentabatur: *Vocibus boni & mali omnia, qva cognoſci poſſunt, continentur, quia pleraqve omnia ſunt bona aut mala, utilia, noxia aut inutilia,* & in prioribus jamdum concesſerat *apud Hebræos aperiri oculos eorum dici, non modo quibus erant clauſi, ſed eorum, qvi aliqvid animadvertunt, vel ſciunt, qvod antea ignorabant.* Vid. p. 27. ſaniori ergo commentarer forma, qvod Diabolus promiſerit *ſcientiam boni & mali*, ſeu omnium iſtarum rerum, qvæ nec per jus naturæ, nec per eminentisſimam Imaginis divinæ perfectionem hactenus cognoverat homo, qvæqve hactenus ſoli DEO vindicabantur: Inhiabat ergo Eva ſciendi deſiderio ultra ſortem perfectionis naturalis ac ſpiritualis, ut bonum atqve malum in tanto cognoſcere valeret gradu, velut Deus ipſe id cognoſceret. Conf. Annotata B. Seb. Schmidii *ad Geneſin p. 40.* & B. Lyſerus *Syſtem. p. 638.*

## §. XVI.

Enimverò hac eadem forma id certum eſt, qvod comparativè infantibus tribuatur ignorantia boni atq; mali, ſcilicet in hoc gradu, qvo id cognoſcunt evectioris ætatis homines, qvi peccatis contra conſcientiam admisſis indignans irritant Numen & vindictam excitant Zelotis iſtius, *viſitantis iniqvitatem Patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qvi oderunt ipſum.* Ex. XX, 5. Lutherus hæc verba de cunctis Ninivitis explicanda cupiit. Vid. *Commentarius Ejus cura Vincentii Obſopæi verſus & editus A. MDXXVI. Hagenoæ.* ubi ſcribit: *Ego hanc interpretationem* (ſcil de infantibus) *non amplector, ſed in univerſum, illos omnes non cognoviſſe, quid aut dextrum à ſiniſtrum eſſet, hoc eſt, quemadmodum nos loqvimur, neq; hoc neq; illud, in rebus divinis habuerunt cognitum, ut qui legem Moſaicam, & Prophetas non habebant, quorum opera fuiſſent inſtituti quomodo in ſpiritu & corpore, externè & internè coram DEO vivendum erat, veluti Judæi habebant. Ita enim dextrum ſignificatione applicare poſſumus ad ſpiritualia internè præſtanda, & ſiniſtrum ad corporalia externè non negligenda. DEus enim juxta corpore & animo colendus eſt.* Conf. D. Philippi Galli *Homilia in Jona locum citatum.*



Digitized by Google

§. XVII.

Sed rationem non video, qvare vulgaris deſerenda ſit ſententia, ad infantes reflectens, qvi ætatis adhuc innocentis & ſimplicis fuerunt, & peccatis proæreticis Deum non offenderunt; qvamvis enim originale peccatum congenitum habeant, vi dictorum Geneſ. VI, 5. VIII, 21. Job. XIV, 4. Pſalm. LI, 6. & plurium; inqve corde ac voluntate illorum ſit peccatum non tantum *virtualiter*, ut poſſit producere malos motus, ſed & *formaliter*, ut machinetur producere eosdem, ſicqve actualem *ἀνομίαν* & *ἁμαρτίαν* contineant; non tamen per ſubitam *abreptionem, ignorantiam* & *proæreſin* adverſus ſcientiam & conſcientiam graſſantur, qvemadmodum illi faciunt, qvi *conſuetudine habent exercitatos ſenſus ad diſcretionem boni & mali* Ebr. V, v. 14. qvæ eadem ad locum Deut. I, 39. dicta cupio. Nec eqvidem ſic nimis magna fuit hæc urbs, qvæ poſſedit plus qvàm centum viginti millia infantum, nam apud PolumCommentarii collati hæc regerunt: *Lutetiæ ſunt ſupra* 400. *millia capitum. Ninive autem & hanc & omnes præcipuas Europæ urbes ſuperavit. Utut ponamus hanc deſcriptionem non pertinere niſi ad infantes infra bimatum, hi faciunt utplurimum urbis partem minimùm qvintam. Eo poſito, Nini incolæ non fuerint plures* 600. *millibus. Qvi fuit numerus plebis urbanæ Seleuciæ, Plin.* 7. 26. *At Thebis Ægyptiis habitaſſe qvondam ſeptingenta millia ætate militari teſtabatur Ægyptiaca Inſcriptio, Germanici ævo ſuperſtes, de qva Tacitus Lib.* 2. *Annalium. Neqve fortaſſe pauciores habuit Roma, cum in ea cenſa ſunt civium capita, ſupra* 428. *millia. Nam peregrinos & ſervos civium numerum multis partibus ſuperaſſe nemo dubitat. Porro, præter Aſſyrios credibile eſt, multos à locis remotis Ninivem ſe contuliſſe, urbis maximæ & dominatricis fama allectos. Nimirum jus civitatis peregrinis omnibus indulſit Ninus, qvem ſeqventes reges veriſimile eſt hac in parte eſſe imitatos.* Addatur Schurzfleiſchius *Diſſert. LII. de Nino Urbe p. ſſ.* 18. *ſ.*

§. XVIII.

Cum interea Clericus Locum 2. Sam. XIV, 14. hac periphraſi, nobis omnino probata, inſtruxerit, locum ſc. Geneſ. III, 5. mirè illuſtrari ex 2. Sam. XIV, 14. ubi mulier Thekoitis ad Davidem loqvitur; *inſtar angeli eſt Dominus meus Rex ad intelligendum bonum*

*num & malum* & qvo ſciatur *bonum & malum* omnia, qvæ ſciri poſſunt, deſignaſſe, commate 20. idem hiſce verbis repetiiſſe: *Dominus meus ſapiens eſt, ſapientia Angeli Dei, ad ſciendum, qvicqvid eſt in terra*, id tamen perſpicere nondum valuimus, qvomodo rejecta ipſius hypotheſis, acſi nempe *bonum & malum adjuncta negatione τῷ nihil qvicqvam æqvipolleat*, robur acqvirere potuerit ex locis Gen XXXI, 29. & 2. Sam. XIII, 22. qvamvis enim poſterior explicari poſſet, acſi nihil omnino Abſolon locutus ſit cum Ammone Conf. Grotius. Prior tamen omnino contrarium habet, tumida ſiqvidem oratione Labanus Jacobum compellavit v. 27. 28. 30. omnem & ſuppellectilem perſcrutatus fuit v. 33. donec tandem placidè omnia transſigerentur. Opinarer itaqve Phraſi emphatica: Loqvi מטוב עד־רע innui ſimpliciter purè bonam loqvelam, cum namqve hic carnis noſtræ culpabilis ſit pruritus, ut conciliandi cum proximo, à malo incipere geſtiamus, objicientes eidem, quid patraverit? & qvæ nobis fuerint cauſæ offenſionis? atqve ſic tandem ad bonum reconciliationis terminum devenire ſoleamus, hinc DEUS Labani injungit, ne loqvatur cum Jacobo *à bono usqve ad malum*, ſed potius purè bona & amica proferat, in qvo tamen Syrus iſte DEO non fuit obſecutus. Similiter ſanctus Spiritus Abſolonis aſtutiam ſubdolamqve deſcripturus mentem, id refert, qvod Abſolon *non locutus ſit cum Ammone à malo usqve ad bonum* h. e. qvod ſemper ſuavia & grata protulerit, omnem ſimultatis metum eliminaturus, qvo ipſo etiam Ammonem ſecurum lanienæ poſtmodum expoſuit.

## §. XIX.

His ita ſuperatis Locus Eſaiæ Cap VII. 14. 15. 16. itidem eſt luſtrandus, legitur ibidem: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen ejus EmmanuEl. Butyrum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum & eligere bonum. Quia anteqvam ſciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinqvetur terra, qvam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum.* De connexione hujus Capitis eximia dederunt Sebaſtianus Schmidius *in Annotationibus* & Jac. Altingius Groningenſium qvondam *Theol Diſſert.p.* 07. *ſ.* Oraculum hocce ad filium Eſaiæ non qvadrare, ſed ad Meſſiam ſummis contra

 Groti-

Grotium momentis evicit. B. Calovius *Bibl. Ill.* [illegible] & in Hebraicis hodie ſupra laudem verſatiſſimus & Excellentiſſimus D. Danzius *De Partu Virginis miraculoſo Cap. IV. §. LXXXVI. ſ.* qvi tamen verſum 16. de Schear Jaſubho expoſuit *conf. p. 173.*

§. XX.

Qvod verò rem ipſam attinet, tunc operoſus non ero in excutienda ſententia Dn. Joh. Claudii *qvi Opp. poſthumorum Tom. II. Lib. II. p. 169. ſ.* opinatur: Voces *boni & mali* non de rebus ſed perſonis accipi debere, ideoque *rejectionem mali* exponi debere per rejectionem maximæ judæorum partis, ob incredulitatem ad excidium condemnatæ, & *electionem boni* per ſervationem ἐκλογῆς credentium Judæorum Rom. XI. 7. ad vitam æternam. Hanc enim bonorum malorumqve diſtinctionem realem Immanuelis opus eſſe, patere ex Matth. III 11. 12. Rom. II. 4. 5. 6. IX 27. 28. 29; Qvid ſiqvidem de Electione & Reprobatione ἀκριβῶς doceri debeat? Theologi abſolverunt. Sed id tantùm aſſero, quod Meſſias *creverit* nempe ſecundum humanam naturam Luc. II. 40. 52. qui ſecundum divinam naturam omniſcius ſic fuit, ut hoc ſuo divino attributo ipſam humanam naturam, ordine tamen ſuppoſito, actu permeaverit atqve perfecerit Vid. Col. II. 3. Joh. I. 25. &c. qvare ſuperius data comparatio locum etiam hunc egregiè illuſtrabit.

§. XXI.

Nec ſufficiet ita Cumberlandi exceptio à Pufendorfio aſſumpta, *qvod, etiamſi congenitæ illæ propoſitiones abnuantur, reveratamen notitia legis naturalis ab ipſo Deo, tanqvam primo motore animis hominum imprimatur*; qvamvis enim tetigerit optimè illud, qvod eſt in Hobbeſio præcipuè ulcus, eoqve detecto non ſit tantus à gangræna iſta in progreſſu juris metus, qvod eſt Judicium B. Morhofii; Tom. III. *Polyhiſt. Pract. Libr. VI. Sect. I. §. 4. p. 72.* Non tamen ad Enthuſiaſmum qvendam properandum eſt, ubi principia demonſtrata adſunt, nec ſufficit, qvalicunqve nuncupatione id inſignivisse, qvod per ipſam Scripturam expreſſiſſima denominatione venit & principium, naturam ſcil. rationales actus perficientem, ſoliſſimè declaravit; certa ſiqvidem ratione Seneca audiendus, qvi *Opp. p. 236. c.* dictitavit: *Natura duce utendum eſt: Hanc ratio obſervat,*

*vat, hanc conſulit. Idem eſt ergo beatè vivere & ſecundum naturam.* Rom. ergo II. 15. *inſcriptio* eqvidem tropum ſignificat, ſed ratio tropi veritatem adeſſentiæ liqvidò demonſtrat, ut ſupra pluries vidimus. Loci præterea Jer. XVII. 1. & Luc. II. 5. huc planè non pertinent.

§. XXII.

Rem ſuam idcirco impeditè geſſit Dn. D. Hebenſtreit *Syſtem. Theol. Prolegom. Th. L.* §. 13. Scribens: *Etſi igitur notitia Dei naturalis ſaltem in potentia, & qvidem propinqva nobis connata ſit, abſolutè tamen & ſimpliciter loqvendo nobis eſt congenita. Nam ſimpliciter loqvendo, non tantùm ea naturâ ineſſe dicuntur, qva in ſe connaſcuntur, ſed & illa, quorum proxima potentia creaturis ingenita eſt, licet ejusmodi potentia non prius erumpat in actum, quam externa quædam adminicula acceſſerint.* Id enim eſt in principio & locus Euſtratii congruè ſatis noſtram corroborat ſententiam, docet enim rectè dici nobiſcum nata τὰ πεφυκότα μὲν ἡμῖν ἐπιγινόμενα, ἔξωθεν τινὸς δεόμενα πρὸς τὴν τελείωσιν. *Ea qva inſunt eqvidem nobis ut adnata* rationem ſupervenientia, (id namqve verbum ἐπιγίγνομαι infert & conſeqventer demum qvod ſucceſſu temporis accedit) *qva egent externo quodam, ut ad perfectionem perveniant.* Talia adnata revera ſunt ea, qvæ ad Jus naturæ congenitum referuntur, illa ſiqvidè nec ad eſſentialia *conſtitutiva* nec ad *conſecutiva* referri poſſunt. Sed ad ea qvæ *ſubjectivè*, *perfectivè* & *tranſitivè* inſunt. Adhæc de his omnino dici meretur, qvod egeant externo qvodam, ut ad perfectionem perveniant, ſiqvidem notitia acqviſita augentur confortantur & in finem poſſibilem proficiunt. Qvando igitur Ariſtoteles *Libr. II. Ethic Cap. I.* probare voluit, virtutes non eſſe naturales, rectè appoſuit ex verſione accuratiori Bergiana: *Qvacunqve nobis à natura obveniunt, eorum poteſtates prius accipimus, poſterius energias ſive actiones obimus: Qvod in ſenſibus perſpici poteſt. Neqve tamen ex eo, qvod aut ſæpe aſpeximus res, aut ſæpe audivimus ſonos, eos ſenſus accepimus. Sed contra cum ſenſus haberemus, eis uſi ſumus: Non qvia uſi ſumus, illos adepti ſumus.* Et nobis anſam dedit ut hiſmet paucis abſolveremus præſentia; Cum nobis naturâ inſit jus naturæ ejus poteſtates ſ. facultates prius accepimus,

poſte-

poſterius energias ſ. actiones obimus. Neqve enim ex eo, qvod adulti ſæpius DEUM reverimur, noſmet obſervamus & proximum attendimus illud jus naturæ accipimus. Sed contra cum jus naturæ habemus, illo uſi ſumus, non qvia illo uſi ſumus, illud accepimus & adepti ſumus.

§. XXIII.

Propius jam accedendum & inqvirendum, an complexu hactenus dictorum infantes inferantur itidem cum ſurdis, cœcis & *Phyſicè* monſtroſis, *juridicè* enim tales, ut ſocietatis, ſic & Eccleſiæ juribus eximuntur; ut his qvoqve eadem forma velut adultis inſit jus naturæ? Affirmativa, qvod copioſe patuit, noſtra eſt, nec argumentum à metu cunctis hominibus communi, elumbe judicandum eſt omnino; Non approbo qvidem Ciceronis qverelas, vel potius iſtius, qvi eſt libri: *De Conſolatione.* Autor, qvando ſcripſit: *Naſci verò non intelligo, qvibus expediat. Nam in ærumnas miſeriasqve ingredientes qvid gratum, qvid hilare aſpicimus qvare potius non offendimur? qvod primus ille naſcentium infantium vagitus & ejulatus ſatis declarat, tributus tamen ab optima parente natura, qvæ nihil inane ſolet efferre, ac potius iis rebus, qvas efficit, admiranda ſemper edit vel pietatis, vel juſtitiæ vel prudentiæ documenta. Ex qvo intelligi licet, non naſci longè optimum eſſe, nec in hos ſcopulos incidere vitæ. proximum autem, ſi natus ſis, qvàmprimum mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ.* Id tamen avidè ſeparo, qvod optima parens natura, qvæ nihil inane ſolet efferre, ac potius iis rebus, qvas effecit, admiranda ſemper edit vel pietatis vel juſtitiæ vel prudentiæ documenta, ipſo vagitu infantum prodere voluerit, eosdem in carentia qvadam boni naturalis natos, alium anhelare, qvi ſui miſereatur, & cum demonſtratus inſit eorundem metus & varia conſternatio, hoc eqvidem firment indicio, ſupra ſe aliqvid poſitum, cui ſubjugentur, nec ſui ſe amplius juris eſſe.

§. XXIV.

Deteſtamur hic meritò Hobbeſium qvando *Cap. XIV. De Cive* §. 13. Atheiſmum ad peccata ignorantiæ retulit, qvia Atheus nunqvam voluntatem ſuam Dei voluntati ſubjecerit, ut qvem nec

eſſe

Digitized by Google

ipſe qvidem opinatus fuerit. Falſum namqve eſt præſuppoſitum, qvo nititur, *omne ſc. imperium conſtitui conſenſu eorum, qvibus imperatur*, nam id neqvidem de humanis valet per omnia imperiis, longè minus de divino; & ſi tam debile foret illud ipſum, ut peccato extirpari, ignorantia deleri & malitioſa reſiſtentia effici, aut non admiſſum reſpui poſſet, qvid tunc DEUS foret? Et qvomodo populi ἀναπολόγητοι Paulo potuiſſent dici? *Nihil* certè *tam aptum eſt ad jus, conditionemqve naturæ, quàm imperium, ſine qvo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Nam & hic DEO paret, & huic obediunt maria, terraqve & hominum vita juſſis ſupremæ legis obtemperat.* Cicero *Lib.* III. *de Legibus Tom. Opp.* IV. *p.* 232. *b.* 45. qvæ & adverſus Ill. Thomaſium dicta ſunto ad *Lib.* I. *Cap.* I. §. 38. *& alibi.* Et ſolidè Gerardus de Vries *Exercit. Rational.* III. *Num.* 3. *p.* 25. decidit: *Saltem haud parùm Gentium* ἀναπολογησία *diminuitur, ſi tam debile ac parùm efficax in iis ſtatuatur opus legis, ut qvis ſua reſiſtentia obligationis ejus ſenſum ſuffocare penitus queat. Qvin characterem hujus legis vivum & indelebilem poſcit imprimis glorioſa legislatoris Majeſtas, qua in hoc potiſſimùm omni finita poteſtate apparet major, qvod jura dicat iſta cum imperii plenitudine atqve efficacia, ut ſubditi conſcientiam moralis, atqve adeo omnigena dependentia à ſuo Rege exuere, etiamſi qvàm maximè velint, non tamen poſſint, ſed qvam ſua malitia nolunt, coguntur nihilominus tremente animo agnoſcere Judicis auctoritatem.* Conf. M. Heinrici Tiezmanni *Atheiſmi inculpati monſtrum* §. *ſp. XIX.*

§. XXV.

Qvid ergo dicemus de Infantibus, aut qvi cauſam horum clarius expriment, ſurdis cœcisq; & ſic qvidem natis, an his jus naturæ denegaremus, qvibus medium commercii denegatur humani & rationalis? evincere qvidem id videntur exempla qvædam ſingularia, ſic in *Hiſtoria Academiæ Regiæ ſcientiarum A.* 1703. Felibien Academiæ Inſcriptionum ſocius, hunc memorabilem cum Academia Regia communicavit caſum. Juvenem ſcilicet qvendam ruſticum 24. „ circiter annorum, à nativitate ſurdum & mutum, cum qvadam die, „

„ inopinatum campanarum ſonitum audiiſſet„ atqve ex aure obſtu-
„ pefacti ſiniſtra qvædam aqvæ ſpecies profluxiſſet, auditum ſubitò
„ recuperaſſe, elapſisqve 3. aut 4. menſibus, qvamvis adhuc imper-
„ fectè, loqvi cœpiſſe. Hunc mox accerſiti Theologi, de ſtatu ipſius
„ præterito examinaſſe, ſed de Deo, anima, moralitate actionum ac
„ morte interrogatum, nullam harum rerum unqvam habuiſſe cogi-
„ tationem deprehenſum fuiſſe, utut cum parentibus Miſſæ freqven-
„ ter interfuerit, ſigno crucis ſe ſignaverit, genua flexerit, aliosqve
„ orantium geſtus dextrè imitatus fuerit. Solis ergo perceptionibus
„ impulſum, brutorum inſtar eundem egiſſe, qvicqvid egerat, nulla
„ facta ad perceptiones & actiones ſuos reflexione ante ſermonis u-
„ ſum, multo minus idearum compoſitione aut disjunctione. Vid. A.
E. L. A. MDCCVI. p. 366.

§. XXVI.

Et Bernardus Connor in Evangelio Medici ſeu Medicina Myſtica de ſuſpenſis naturæ legibus ſive de Miraculis Edit. Jen. de A. 1706. p. 133. hunc refert caſum. Cum nuper Anno 1694. Var-
„ ſoviæ in Aula Johannis Sobieſci defuncti jam Regis Poloniæ ali-
„ qvamdiu verſatus fuerim, in nemoribus ad Lithuaniæ & Ruſſiæ con-
„ finia ſitis à venantibus ſylvicolis captus fuit inter gregem urſo-
„ rum juvenis ſylvaticus, decem circiter annos natus, aſpectu hor-
„ ridus, & pilis hirſutus; qvi neqve rationis, neqve loqvelæ, imò
„ neqve vocis humanæ uſu gaudebat: Pedibus & manibus inſtar qva-
„ drupedis incedebat: Nihil cum homine commune habebat præ-
„ ter externã nudi corporis figuram. Cum autẽ vultu ſaltem hominem
„ imitaretur, lavacri fonte fuit initiatus; & à brutorum grege ſemo-
„ tus, humanæ ſocietatis ipſum primo tædere videbatur; inqvietus
„ enim, anxius & ad fugam propenſus erat, qvaſi in carcere ſeipſum
„ detineri crediderit: donec, levatis contra murum manibus, pedi-
„ bus tandem ſtare, uti infantes, vel catuli ſolent, edoctus, & da-
„ pibus humanis paulatim aſuefactus poſt longum tempus cicuratur;
„ & verba qvædam rauca & inhumana voce proferre incepit. Inter-
„ rogatus autem de ſylveſtris vitæ curſu non magis recordatus erat,
„ qvam nos meminimus eorum, qvæ acta ſunt, qvando in incunabulis
„ vagivimus.

§. XXVII.

Hiſmet opinatis adductus eſt Dn. Connor, qvi diſtingueret

inter

Inter *vitam* & *Spiritum rationalem*; ut, ſicuti in brutis motus vitales ſine Spiritu cogitante perficiuntur, tenellum qvoqve Embrionis corpus in utero matris vivere aſſereret, anteqvam anima ipſi (qvæ ipſius eſt hypotheſis) cœlitus immitteretur, qvæ non niſi poſt qvosdam à conceptione menſes ipſi infundatur, cum tamen Embrionem per iſtud tempus vixiſſe pateat, qvia cordis ſeu *puncti ſalientis* & ſanguinis motus viguerit. Vid. *p*. 132. Deſcribit verò vitam corporis humani *p*. 158. qvod ſit *Mutuus partium ſolidarum in fluidas & fluidarum in ſolidas partes influxus; qvi influxus à jugi ſanguinis circuitu & fermentatione reliqvorumqve humorum motu conſervetur.* Animæ vero rationalis ſeu Spiritus cogitantis uſum & officium ponit in hoc, ut *primò* ſit ſenſus autor & *ideas habeat & conceptus de ſuo corpore & de omnibus ambientibus corporibus tam nocivis, qvàm ſalubribus*; *ſecundò* ut ſit liberi motus arbiter *& corpus in motum agat, ut noxia corpora fugiat & proficua amplectatur, ut ſic brevi corpus noſtrum gubernet & conſervet.* p. 137. His & præſuppoſitis infert: *Si infans ſine artubus cum capite tantum & trunco naſceretur, cæcus, ſurdus, mutus & in tota cute paralyticus, modo cordis motus & reſpiratio ſuperſint, vita fruetur, etiamſi anima rationalis nullas exercere videatur functiones* *p*. 133. Imò ad juvenem abs urſis educatum commentatur: p. 135. *Nunc qvæſo, cui uſui inſerviebat Spiritus huic homini vitam inter urſos degenti inditus. Nullo rationis exercitio ipſum gaudere conſtat, qvia ſui miſeri ſtatus foret conſcius, & ad humanum conſortium fugeret, aut ſaltem inter homines degens, non foret priſtinæ ſylveſtris vitæ cupidus. Hinc arguere fas eſt qvod hominis ſilvatici vita aut anima non fuerit ipſius Spiritus, ſed qvod more infantis recens nati, more apoplectici hominis, vel dormientis, & more brutorum vita ipſius à ſpontaneo cordis, & inteſtino fluidorum motu unicè dependebat.*

## §. XXVIII.

Placuere eadem Illuſtri Dn. Thomaſio, hinc *introductionis in Philoſophiam Moralem Cap*. I. §. 38. *docet de anima ſic dicta vegetativa & ſenſitiva: Circa machinam corporis humani cumprimis vita corporis conſideranda eſt, qvæ in motu proportionali ſanguinis*

 alio-

*aliorumqve humorum in venis & arteriis aliisqve partibus internis conſiſtit.* *Paulo poſt* §. 41. ſcribit: *Deinde homo etiam nervos habet, ſubtilibus ac ſpirituoſis corpuſculis repletos, qui in cerebro concurrunt, inde autem in omnia corporis membra, tàm interna, qvàm externa diſtribuuntur, & quorum adminiculo tam bruta animantia, qvàm ipſe homo externè moventur, qviqve ab externis corporibus contacti, in homine & beſtiis motum certum in cerebro gignunt, qvem vulgus ſenſus appellare ſolet.*

De Anima rationali præterea id decidit, *qvod de mente ex lumine rationis homo nullum conceptum immaterialitatis habeat* vid. *Introd. ad Phil. Aulicam Cap.* III. §. 41. & *paſſim* cujus contrarium alibi evincetur; ac tandem

*Corpus* hominis definit, qvod ſit *ſubſtantia extenſa principio vitali operationes ſuas partim per motum intrinſecum, partim extrinſecum exercente prædita* §. 19. *ibid.*

*Mentem* verò, qvod ſit *Ens, qvod cogitare poteſt* §. 20. ibid.

§. *XXIX.*

Deinde per *rationem* intelligit Ill. Vir potentiam ratiocinandi, hæc enim perhibet *Juriſpr. Lib.* I. *Cap.* II. §. 66. *p.* 65. Durch die Geſunde Vernunfft verſtehe ich allhier eine natürliche Kraft zu raiſoniren/oder warhafftige Schlüſſe aus warhafftigen Grundſätzen herzuleiten. Es hat aber der Menſch/ wie jederman bekant dieſe Krafft von ſeiner Geburt an in Geſtalt eines Vermögens (potentiæ) welches geſchickt iſt ſeine Kräffte außzulaſſen/ wenn zuvor durch Darreichung der Sinne die Bildungen von dem Verſtande vermehret ſeyn / und daſſelbige hernach in menſchlicher Geſellſchafft außgeübet wird. conf. p. 117. §. 52. Et hanc potentiam ratiocinandi exſerere ſemet credidit, *in puris ſenſibilitatibus* Vid. *Introductio in Logicam Cap.* III. §. 67. *p.* 98. qvod clarius & his qvidem verbis expreſſit *Juriſpr. Lib.* I. *Cap.* I. §. 51. *p.* 26. Iſt demnach dieſes der ordentliche *Proceſs* des *Raiſonnierens* und der menſchlichen Verrichtungen/ nachdem die euſſerlichen Objecta die euſſerlichen Sinnligkeiten gerühret / folget die erſte Wirckung des Verſtandes/darauff folget die Begierde / welche entweder ſtracks der Bewegungs-Krafft befielet / oder die

Sach-

Sache die ſie überlegen will/ der andern Wirckung des Verſtandes zuſchicket und hernachmahls eine Wahl anſtellet / die Bewegungs-Krafft antreibet u. ſ. f. Hieraus erhellet / daß die Regul waar und ohne Außnahme iſt: **Es iſt nichts im Verſtande/ das nicht zuvor in den Sinnen geweſen.** Item: **was man nicht kennet/das achtet man nicht.**

§. *XXX.*

Unde etiam exſertionem hujus potentiæ *Loquela* ac *ſocietati* adnectit: *Juriſpr. Lib.* I. *Cap.* IV. §. 54. *pag.* 117. Die Sache/ inqvit, kurtz zu faſſen/laſſet uns mercken: **Die Vernunfft iſt niemahls ohne Rede/ die Rede auſſer der Geſellſchafft hat keinen Nutzen/ und die Vernunfft gibt ſich auſſer der Geſellſchafft nicht hervor.** Demnach werden wir nicht irren/ wenn wir ſagen/die Geſchicklichkeit/ die bey den Menſchen vor der Außübung der Vernunfft iſt/ ſey nichts anders als eine Neigung mit andern Menſchen zu raiſoniren &c. Et *Introductione in Philoſoph. Mor. Cap.* II. §. 75. *p.* 73. hæc leguntur: *Homo ne eſſet quidem homo rationalis absque humana ſocietate. Quid prodeſſent ipſi cogitationes, ſi non eſſent alii homines? Non inſtinctus quidam internus irrationalis æq; ac in beſtiis ad ejus ſuſtentationem ſufficere poſſet? Cogitationes certè ſunt ſermo quidam internus. Quis autem uſus eſſet ſermonis hujus interni, ſi nemo eſſet cum quo has cogitationes ſuas communicaret? Deinde ſermo iſte internus præſupponit externum. At quomodo internè ſecum poſſet colloqui, niſi alii homines, in quorum is vivit ſocietate, ſermone ſuo externo internum ejus ſermonem quaſi accenderent? Rurſus, quid opus tandem eſſet omnibus externis ſermonibus, ſi non eſſet aliqua humana ſocietas?* Prolixiora ſuppeditat Juriſpr. Libr. II. Cap. VIII. ubi §. IX. dictum Eph. IV. 24. ad ſocietatem applicatur.

§. *XXXI.*

His ita præſuppoſitis infert Ill. Vir qvod ſi omnia membra externa & ſenſualia eſſent corrupta, imo ſi qvis natura cœcus & ſurdus eſſet ſimul, non poſſemus de eo diſtinctum habere conceptum, qvod homo ſit. *Introd. in Logicam Cap.* IV. §. 34. &



Digitized by Google

*Jurisprudentiæ Lib.* I *Cap.* IV §. 53. expeſſe determinat ſeqventia: Ferner mögen die Carteſianer ſagen/was ſie wollen/ ſo iſts gewiß/ daß die kleinen Kinder/wenn ſie auff die Welt kommen/nicht gedencken/ſondern nur eine Geſchicklichkeit zu dencken haben. Dieſe Geſchickligkeit aber kan gemeiniglich ohne Umbgang mit andern Menſchen nicht zum Wercke kommen. Denn was wir in Hiſtorien von Menſchen/ſo unter wilden Thieren aufferzogen/ leſen/das gehet alles dahin/ daß ſolche Leute wenig von Beſtien unterſchieden geweſen/ oder doch dieſe Geſchicklichkeit zu gedencken unter den wilden Thieren wenig gefördert worden. Et ſtatim litera c adjicit: Ich glaube wol/daß ein ſolcher unter den Beſtien aufferzogener Menſch/ wenn man ihn nachmahls wenn er zu Leuten gebracht/daß er klug worden/ fragen ſolte/ was er gedacht/wie er noch bey den wilden Thieren geweſen/ eben ſo wenig etwas darauff antworten könne/ als wenn man einen erwachſenen Menſchen fraget/ was er in ſeiner erſten Kindheit gedacht?

§. XXXII.

Porro ſine hiſcemodi & forma hactenus deducta fluentibus cogitationibus hominem ſenſum habere nullum ullius vel boni, vel mali opinatur, id qvod intellectu haud difficile judicat, exemplo ſaltem propoſito infantis recens nati, item hominis furioſi, vel planè ebrii, aut alto ſopore oppreſſi, item graviter vulnerati, qvos oculis Philoſophicis propius admoveri opus ſit, nec ex eorum ejulatu protinus ad eorum ſenſum argumentandum *Introd. in Philoſ. Moral. Cap.* II. §. 59. Tandem & de facultate rationis in producendis cogitationibus hoc inſolitum Capite Eodem §. 29. publicavit: *De ratione autem conſtat, pro diverſitate motus ſanguinis cogitationes modo alacres modo ſtupidas, deinde pro diverſitate motus in nervis cogitationes modo concitatas atq; intentas, modo indifferentes eſſe, atq; adeo rationem humanam pro conditione utriusq; motus alterari. At qvid cogitaret, ſi nullus neq; ſanguinis neq; nervorum fieret motus?* A motu ergo nervorum & ſanguinis omnem operationem & determinationem rationis ſuſpendit. Vah! qvot nociva nova!

§. XXXIII.

Sed qvod præcipiti via certum deſeruit ordinem, lætos non

potuit

Digitized by Google

potuit habere exitus, videndum ergo, an adverſus hæc novaturientia paulatim & per firmiores gradus pervenire poſſimus ad veritatem, qva duce procul dubio nunqvam malorum dicemur chorum conſeqvi. Palmarium itaqve erit: An corpus noſtram vita qvadam polleat ante acceſſum animæ rationalis, ut verè vivat & naturalibus ſuis defungatur operationibus citra omnem animæ rationalis aut alius etiam informatione & permeatione? Affirmativam Dn. *Connor* & Illuſtris Dn. *Thomaſius* ſelegerunt, ut modò vidimus; Negativa verò noſtra eſt, & ſic ſumus edocti præceptis experientiſſimorum Dnn. Medicorum, qvibus velut Artificibus in hac ſua credendum erat arte, eò magis qvò propriori vinculo Theologiæ & ſanctis accedunt literis. Qvi ergo aliqvando ſingulari incenſus ſui cupidine cognoſcendi, qvæ corporis noſtri ſit conditio? Præceptorem ſelegi undiqve celebrem, Illuſtrem ſc. Dn. *Georgium Wolffgangum Wedlium* Jenenſis Academiæ & Medicorum decus iſtud maximè coruſcum, imò qvod publicè fateor, Hujus ob terſum ſtylum & momenta rerum ſelectiſſima verè eximii Doctoris manuductione eousqve profeci, ut additis curioſiſſimis & exactione incomparabili ſecretis doctrinis Illuſtris & Experientiſſimi Noſtri *Scaperi* Viri qvem miſeris à Deo datum & per caſus (anagrammate namqve puro *Scaperus* aſcendit *per caſus*) Principibus Regiisqve Perſonis placitum voluit & ad ſeros usqve annos qvam clementiſſimè velit! adverſus Naturaliſtarum & Novaturentium molimina ſic ſim confirmatus & munitus, ut ſeqventia præſenti defendam animo, ſubſidio ſacerrimi codicis ad convictionem ſtipatus.

§. XXXIV.

Conſtat ſcilicet homo præſtantiſſimum iſtud in terra animal duabus eſſentialibus Partibus *Corpore* & *anima rationali*, *iſtud* ex rubicundulo & raro telluris pulvere admirabili Numinis artificio conflatum eſt, *hæc* verò inſpirata velut immortalis & perpetuus ſocius, Dominus atqve director ut ex conjunctione utriusqve hujus partis, qvas & ſubſtantias & Entia dixeris pro lubitu, evadeſcet *animal vivens corpore*, *rationale anima ſeu mente* conf. Bibliorum dicta: Gen. II. 7. XXXV, 18. Cohel. XII, 7. III, 21. Matth. X, 28. Luc. XVI, 22. 1. Reg. XVII, 21. Luc. VIII, 55. XXIII, 46.

Pſalm.

Pſalm XVI, 10. 1. Cor. VI, 20 qvæ ſtricta egregiaqve Analyſi qvoad maximam partem diſcuſſit S. Rev. D. Dn. *Teuberus* Epiſcopatus Halberſtadienſis hodie Superint. Gen. Vir ad defendendam fidem, & Orthodoxiam Inſtructiſſimus in *Moderato Judicio de Quæſt. Theologica, an dentur tres partes Hominis eſſentiales*? p. 5. ſ. & Summè Rev. Dn. D. Senſtius; *De eſſentiali primi hominis conſtitutione.*

## §. XXXV.

De corporea machina per anatomiam edocemur, eandem partes habere (1) *ſolidas*, qvales ſunt oſſa, eorumqve analoga ut ungves &c. (2) *molles* carnes ſcilicet pulpoſas & qvicqvid in corpore diduci, tendi, laxari aut remitti poteſt veluti venæ, arteriæ, viſcera &c. (3) *fluidos*, ſeu humores ut pericardii, oculorum &c. Vid. Baſileenſis qvondam & Celeberrimus D. Caſparus Bauhinus *Corporis virilis & muliebris Hiſtoria Anatomica* paſſim & Ill. Wedelius *Phyſiologia Reformata Cap.* II. Aperit circa has ipſas prompta demonſtratio, qvod partes *fluidæ* cum ipſis, ita dictis *ſpiritibus phyſicis*, veniant Synonymos & abs iſtis non niſi *conceptu* diſtingui poſſint; ſunt enim nihil aliud, *qvàm particulæ invicem contiguæ, ſeſe rotitantes moventesqve, ſubſalientesqve ad inſtar atomorum, qvas in radiis ſolaribus cernimus collusitantes ſurſum deorſum, ultro citroqve commeantes.* Vid. S R. Dn. D. Teuberus. *l. c. p.* 15. Hæ verò corporis *fluidæ* partes ſive Spiritus movent & impellunt partes molles atqve ſolidas, unde & hæ fluidæ partes vita & Spiritu primum moventur, primùm item morte advena qvieſcunt. Meum non eſt, ut penitiora Medicinæ ſcruter arcana, factum iſtud in citata Wedelii *Phyſiologia l. c.* cui cum fructu adideris Experientiſſimi & Ampliſſimi Dn D. Georgii Dethardingii Noſtri ſuccincta & curioſiſſima obſervata in *Specimine anatomiæ jucundæ & utilis*. Sed gratus potius & plenus admiratione decido: *Cum qvis ſedulo inqvirit ac ſtudioſè conſiderat ſtructuram corporis humani, ubiqve admirandi artificis & ſapientiſſimi architecti veſtigia agnoſcit, qvibus ad amandum, colendum, venerandum & prædicandum opificem Deum incitari animū neceſſe eſt. Videt qvippe in corpore nullam, vel minimam particulam otioſam aut ſupervacaneam eſſe, ſed omnia ad functionem uſumq́ꝫ*

certum

Digitized by Google

*certum deſtinata ex convenientiſſima ad ſuam actionem obeundam ſubſtantia conſtructa figura & ſpecie, magnitudine & quantitate, numero & particulis rectiſſime adornata, connexione decenti inter ſe devincta, & ſuis quæq; locis, pulcherrimo ordine diſpoſita, ea quidem varietate & differentia, ut unaqvæq; pars, alia & diverſa ab aliis eſſe conſpiciatur, rurſus tamen ea ſocietate & nexu, ut nulla pars per ſe munus officiumq; ſuum ſine alterius ope & ſubſidio tueri ſatis poſſit, adeoq; ſingulæ partes ad uſum utilitatemq; aliarum, univerſæ autem ad unius abſolutiſſimi operis perfectionem condita, ac comparata eſſe videantur* —— *In his omnibus conſiderandis, quis non admiretur peritiam, ſcientiam, ſapientiam artificis? Quis non ad amorem & cultum venerationis erga illum excitetur? Quis non ejus benignitatem laudibus evehat?* Verba hæc ſunt egregii ap. Lipſienſis olim Phyſici D. Chriſtoph. Meureri in Oratione *De Anatomia.*

§. XXXVI. Sed in qvem uſum omnes has corporeæ machinæ partes adornavit natura? Vagarer extra oleas, ſi de fomentis neceſſariis, qvæ vitam propagant & continuant, calido qvippe & humido, ſanguine & ſero, ſpiritu & luce vitali pluribus agerem, *Capite enim III. & ſeq.* Celeberrimus *Dn. Wedelius* omnem viam hab t; ſufficere poterit, ſpiritus illos Phyſicos, hepatis *naturales*, cordis *vitales*, capitis *animales*; Vel ſi cum Dolæo, anima ſenſitiva tibi diceretur *Microcoſmetor*, Spiritus Ventriculi *Bithnimalca* vel *Gaſteronax*, cerebri *Coſmetorges*, cordis ac thoracis *Cardimelech*, uteri *Racha Melca* aut *janitor*. Vid. *Encyclopædia Medicinæ Theoretico-Practica*, non eſſe veri nominis Spiritus, ſed animæ qvaſi & corporis coagulum ad corpus directiſſimè referendum; qvamvis & ſint *vehiculum* qvoddam animæ, ut eidem præſideat, & *organon*, qvo eodem utatur in movenda corporis machina; ut & ſine Spiritibus animalibus eadem operationem ſuam exercere neqveat in corpus, qvi ſint qvaſi ſolium & paratiſſima ſedes hujus Spiritus rationalis, nihilominus ſunt nihil aliud, qvam pellucidi qvidam & tenuiſſimi vapores ex ſubtiliſſima depurati ſanguinis parte, per plexus Choroidei, venarumqve cœterarum integumenta exſudantes & tranſpirantes Vid. D. Teuberus *l. c. p.* 15. quousqve interim Religioſus iſte Congregationis S. Mauri Pariſiis, hypotheſin ſuam aſſeruerit, qvod ſcil. Spiritus animales moveantur â cerebro per nervos ad partes, ab his per vaſa lymphatica ad venam ſubclaviam & cor; hinc per arterias Carotides

D

Digitized by Google

des & Plexum choroïdum ad pinealem glandulam & ad ventriculos cerebri anteriores tres, per poroſitatem verò hujus denuo ad nervos Vid. *Traité de la circulation des Eſprits animaux*. & Acta Er. Lipſ. *An*. MDCLXXXIV. *p*. 311. id Dnn. Medicis diſcutiendum relinqvo.

§. XXXVII.

Omnipotens ergo Deus cum velut ſumus architectus machinam hanc corporis, ſecundum leges magnitudinis & proportionem abſolutiſſimam paraſſet, donavit eidem Dominum ac habitatorem, cujus ſapientiſſimo ductu perficeretur, *animam* indigito *rationalem*; ſuſpectiſſimum hic mihi judicatur *Cowardianum* & proh! multis maximè gratum axioma, *cuivis ſcil. materia principium motus inſitum eſſe concreatum.* Qvæ Dn. G. G. L. in *ſpecimine dynamico* hujus rei cauſa diſſeruit, dabunt *Acta Er. Lipſ.* MDCXCV. p. 145. ſ. & qvæ inter ipſum & Dn. Sturmium reciprocata ſunt, habentur An. MDCXCIX. p. 436. ſ. à qvibus tamen infinitis diſtant modis ea, qvæ *Cowardus*, *Connor* & Jll. Dn. *Thomaſius* opinantur. Hæc potius divina Creatoris aura, hic Spiritus verè immaterialis, qvi nec materia eſt, nec ex ulla materia componitur, occupans palatium ſuum, illud ipſum replevit vita, motu, ſenſu ac ratione; has enim facultates una poſſidens anima corpori ſic communicavit, ut homo fieret *in animam viventem* Gen. II. 7. Atqve adeo *corpus humanum ex terra conditum, hactenus nihil aliud fuit, quàm pulvis: nec ſaltem terreum, pulvereum, reſpectu materia ex qva: ſed & pulvis ipſe, qvod extra inſpiratam animam, & cum eâ per gratiam conditricem concreatam imaginem ſi fuiſſet, facilè deſtrui &c. potuiſſet. Atq; hoc* עפר *ut æternum humilitatis & primæ originis materiale manet in corruptionis ſtatu, ut in integritatis: & tamen in hoc ipſo pulvere excellentiam vide: tum qvod Deum habuerit formatorem ſingularem: tum quod animam acceperit cœleſtem, & cum illa excellentia ineffabilis imaginem. Jacet ergo exanime corpus, humi inſtar trunci, omnis expers vel ſenſus, vel motus, vel rationis, debita tamen corporis figurâ in poſterum erigendâ, membrorum & partium ſingularum harmoniâ, elegantiſſimè diſpoſitâ, & tam juxta etymologiam* (Man Aſch / nur Aſch) Menſch: *qvâm non juxta Græcam (ſive ille ab* ἄνω τρέπω· *ſive ab* ἄνω θρῶν ὦπα, *ſive à* θρεῖν) ἄνθρωπος, *ſpectaculum, uti brutis, quæ animata è terra egreſſa ſunt, ferme, dum hactenus truncus jacet index ſua, ſpiritum aufferente Deo,*

*pul-*

*pulveritatis, inferius: ita nunc longè ſublimior & excellentior condendus: igitur quod deerat, inſpiravit*] *idem* JEHOVA ELOHIM *innares primi hominis halitum vitæ. Atq; hæc eſt illa hominis ſcil. corporis illius organici* ἐντελέχεια *& quidem immortalis, quia expreſſè dicitur* נשמת חיים *ſpiraculum vitarum ſine mentione mortis, unde homo factus ſit* εἰς ψυχὴν ζῶσαν *Conf.* 1. *Cor.* XI. 4. vid. B. Varenius *Decadum Moſaicarum in Libr. Breſith p.* 210.

§. XXXIIX.

Cum ergo egredi fecit è terra Omnipotens Plaſtes animantia bruta ſua itidem virtute, terra enim nullam vim creandi aut producendi eadem habuit, in iſta qvippe bruta nec actu nec potentia latuerunt, unde vel in inſtanti creationis brutorum, potentia terræ nulla præterqvàm nudè paſſiva fuit, hac eadem animâ qvam dicunt ſenſitivam dotavit, ſed iſta in ſangvine tantundem fuit Gen. IX. 4. & nil eſt qvàm *εὐκρασία humorum & temperies ſanguinis nobiliſſimi; oriuntur ex corpore, quamdiu circulum ſuum ſanguis abſolvit, recidunt in corpus, ſtagnante cruore.* Definiente ſic eandem Celeb. Teubero. *l. c. p.* 15. Hic ſcilicet Spiritus animalis, ſive *hæc anima ſentiens, è ſanguine arterioſo cerebri præcipuè ſublimatus & per ejus poroſam ſubſtantiam quaſi colatus, non ſolum omnes cerebri poros, ventriculos & cavitates, ſed etiam omnes nervorum ex cerebri baſi oriundorum, & in organa ſenſoria filatim quaſi diſtributorum, inviſibiles meatus undiquaq; replet, eaq; ſua præſentia per univerſum corpus, id aptum reddit ad paſſiones & impreſſiones ſenſibiles ritè recipiendas.* docente Sturmio *Phyſica Moderna ſanioris Comp. p.* 633. Qu. IV. Solum hominem verò Deus ipſe & qvidem diſtinctè jam formato corpore, ſpiraculo vitarum perfecit, ut hoc ipſo conſtaret, Deum duo inter ſe diſtincta, conjunctione ad unam eſſentiam univiſſe, ut inconfuſis & imperturbatis omnibus, quæ corpori aut animæ ſeparatim vindicantur, Anima dominetur, ſeqve homo movendo, vivendo, ſentiendo, ratiocinando & loqvendo perfectiſſimam inter viſibiles declararet creaturam. Cum autem in brutis ſenſationes nihil aliud ſint, qvàm *eorum, quæ ad Spiritus cerebri inter nos translata ſunt, continuata motiones ac impreſſiones*, in homine tamen propter eminentius directorium & unionem animæ rationalis cum corpore, qvæ ſenſationes itidem format & dirigit, oriuntur ſtatim præviis ſenſuum operationibus perceptiones mentales & va-

iſta inſuper judicia, à quibus vix ac ne vix qvidem abſtinere poſſumus, niſi mente alliorſum qvaſi vi qvadam abſtracta. Vid. Sturmius *l.c. p. 654. Qv. V.*

### §. XXXIX.

Non ergo in Caſtra concedere poſſumus, qvæ Dn. Connor & ſeqvaces expanderunt, nullam ſiquidem *vitam* præter hanc, quam in homine anima format rationalis concipere aut credere poſſumus, prævils nempe his, quæ hactenus audivimus. Nec ſemitam paravit tutam ſatis Dn. Connor qvando tenellum Embryonis corpus in utero matris vivere aſſeruit, ex hoc momento: *quia anima ipſi immittatur poſt quosdam à conceptione menſes, ubi tamen interea Embryonem per iſtud tempus vixiſſe pateat, quia cordis ſ. puncti ſalientis & ſanguinis motus viguerit.* Vid. *p.* 132. Non me fugit hanc opinionem ſimplicium matrum adeò pervulgatam eſſe, ut acceſſum animæ vigeſimæ poſt conceptionem ſeptimanæ tutò vindicent, rati, ante hunc terminum evolutos foetus ſ. abortus æternitati non transſcribendos, ſed adigor, ut in omnia alia veniam, ſi demum inſeruero prius, quod iſta de ovuli impræegnandi circumſtantiis, hactenus defenſa ſententia applauſum largius mereatur Vid Wedelium *l. c. Cap.* XVI. & Carolum Drelincurtium, *Opuſculis De fœtus humani conceptione, membranis, umbilico, nutritione atque partu.* Qvid etiam Antonius de Leuwenhœck. *in Obſervationibus circa generationem & conceptionem fœtus in utero* & Jo. Baptiſta de Lamzwerde *in Hiſtoria Naturali Molarum uteri*, contradixerint.

### §. XL.

Statuo itaqve firmiter, quod, cum inter viſibiles creaturas omnes nihil reperiatur præſtantius & admirabilius homine, qvi qvaſi harum creaturarum apex & inſigne qvoddam miraculum naturæ atq; delectamentum in medio univerſi conſtitutus eſt, huic etiam potentia ſemet multiplicandi tam quoad corpus, quàm animam diſputari neqveat: Maſculo enim & fœminæ, ut ne de eo qvidem aſſeram aliqvid, qvomodo Adamus Evæ ſuæ Pater certó reſpectu dici poſſit & ſemet in eadem tam qvoad corpus, quàm animam multiplicaverit; ſuo ordine productis, hæc venit benedictio Gen. I 28. *fructus facite & multiplicamini & implete terram* Conf Cap. IIX. 16. IX. 1. qvo ipſo actum propagationis non certè Deus ſibi ſoli, hominibus ex-

cluſis

Digitized by Google

cluſis reſervavit (quomodo enim illud opus, quod ſolus ipſe citrà omne hominum miniſterium facturus erat, cui etiam efficiendo homines minimè nec ut inſtrumentariæ cauſæ fuiſſent ſufficientes, iiſdē imperando ſimul ac benedictionē promittendo toties injunxiſſet?) ſed illis ipſis qvaſi unicè commiſit, perinde, ut & in brutorum multiplicatione eadem benedictionis formulâ nullam ſibi omnino immediatam creationem, ſive animæ, ſive corporis adſcribere voluit, ſed utriuſque productionem generationi attribuit. Vid. B. Nic. Hunnii Diſſert. *De ortu rationalis animæ* §. IV. Confirmamur in hoc ipſo firmius ex pluribus ſcripturæ locis, veritatem hanc ſolidè aſſerentibus Sic Gen. XLVI. 26. 27. citantur *LXX. animæ femur Jacobi egreſſæ.* Gen XV. 4. Hæres Abrahami conſtituitur, *qui egredietur è viſceribus ipſius* Iſaak. 2. Sam VII. 12. promiſſio fit Davidi, de erigendo ſemine, *quod exibit ex viſceribus ipſius.* & 1. Reg. IIX. 19. De Salomone *exituro è lumbis Davidis* extructio Templi confirmatur. Ulterius Hebr. VII. 9. 10. de Levi dicitur, qui adhuc *in lumbis Patris fuerit.* Evincunt id præterea promiſſiones ſemini Abrahami factæ Gen XVII. 7. XXVI 3. XXIIX. 4 Deut. I. 8. & alibi Conf. Gen. IX. 9. & in ſpecie Act. XVII. ubi emphaticè dicitur, Deum feciſſe *ex uno ſanguine quodvis genus hominum habitare ſuper totam faciem terræ &c.* Conferatur citatus B. Hunnius Diſſertatione exhibita tota cum pluribus aliis, ut jam rationes alias temporis rationem habiturus, non urgeam.

## §. XLI.

Quæ obvertebantur quondam à Syncretiſtis *Conſenſus Repetitus & Vindicatus* ampliſſimo repulit labore, ut nil amplius reqviri poſſe videatur; Nihilominus cum acutiſſimus Dn Sturmius *Phyſica Mod. & San. Comp.* opinionem de creatione animarum reduxerit aſſerendo, *Deum poſt Adami lapſum animas poſterûm creantem cum omnibus ſuis eſſentialibus, non obligatum fuiſſe ijsdem dona gratia ſupernaturalia concreare, neque adeo hæc ipſis denegando, ullam contraxiſſe culpam.* p. 616 Qv. XIV. Et qvidem in ſpecie hoc argumento permotus ſit, *quia ſubſtantia immaterialis & immateriata a natura (qua quicquid operatur, materia mediante operatur) produci nequeat,* abſolvens ſuam hypotheſin his verbis: *Certe cum apertum ſit ſeriò attendenti, ne corpus quidem hominis, niſi præſuppoſito ſemi-*

*nulli rudimento ejusque organica ſtructura (quam non niſi providentia divina firmare potuit, adeò mirabilis eſt artificii) à Natura gigni poſſe; qui poſſibile erit animam natura ſua ſpiritualem à natura corporea produci?* Tunc paucis in firmam & invictam deciſionem ercerpere placuit teſtimonia Celeberrimorum Virorum, qvæ hiſce dubiis jugulum decreverunt. Sic Beatus Meiſnerus *Phil. Sobr. Sect. III. Cap. VI. Q. I. p.* 913. ſeqventia docuit: *Deus in Creatione primo homini, qvemadmodum & reliqvis animantibus omnibus benedixit, dicendo: Creſcite & multiplicamini Gen. I. 28. cujus benedictionis vi totus homo generat totum hominem, ita quidem, ut ex ſemine corpus, ab anima (non antē ex anima) generetur vel potius traducatur & propagetur anima. Corpus humanum generatur à corpore, non immediatè, ſed mediatè, interventu nimirum ſeminis genitalis: anima autem ab anima nullo interveniente medio, ſed immediatè propagatur. Habent enim ſpirituales eſſentiæ iſtam naturam, ut, (ſi Deo ita viſum fuerit) ſui ſint multiplicativa.*

## §. XLII.

Et B. Thumius *in Contr. de Ortu An. Rat. p.* 3 conſentit eximiè his quidem verbis: *In dicto hoc:* creſcite & multiplicamini & replete terram, *obſervetur principium benedictionis à quo, & Terminus ad quem. Principium à quo erat Deus Trinunus v. 28. cujus benedictio non fuit γραμματικὴ, quæ primævos noſtros parentes duntaxat affecerit: ſed verè fuit πραγματικὴ & maxime ἐνεργητικὴ, uti patet ex generatione animalium, qvibus & benedictio fuit conceſſa, Gen. VIII. 17. Terminus ad quem illa benedictio fuerat directa & facta, non erat pars tantùm hominis aliqva: Sed totus homo & anima & corpore conſtans. Exinde talis emergit συλλογίζον λόγος: Quem effectum ſortita eſt benedictio divina in animantibus brutis, eundem, (certe non minorem) etiam habuit in homine primævo. Conſequentia Majoris radiat; quia, quam benedictionem Deus Gen. VIII. 17. conjunctim & homini & brutis animantibus conceſſerat, eandem poſtea Gen. IX. 1. ad ſolum hominem reſtrinxit. Atqui in reliquis animantibus benedictio divina hucusque ita fuit efficax, ut vi & virtute ipſius qvodvis ſibi ſimile generet; Leo leonem, aquila aquilam, perca percam; quà corpus, quà animam. Ergo eundem etiam effectum habuit benedictio in homine, utpote animali longè ſublimiori.* Con-

Conſentit

ſentit & B. Danhauerus *Coll. Phychol. Diſp. VI. p. 184.* inferens: *Quàm latè patet benedictio Dei, tàm latè etiam generatio: at illa pro termino habet totum hominem. Ergo etiam hæc: probo minorem, quia Gen. VIII. 17. benedictio illa ex æquo ad bruta, quàm ad hominem refertur, ut igitur ibi terminatur in toto compoſito, ita & hic.*

## §. XLIII.

Nec Theologi tantum, ſed & Philoſophi conſenſerunt, ita Scharfius *Ph. Rec. Libr. I. C. 3. p* 106. commentatur: *Sunt quidem hac de re variæ & diverſimæ Phyſicorum opiniones, ſed nos certò ſtatuimus, quod formæ Phyſicæ à Deo conditore illam vim & efficaciam acceperint, ut poſſint ſemetipſas multiplicare & ſemet ipſas propagare ſecundum ſpecies ſuas. Et hoc manifeſtè conſtat ex Cap I. Gen. v. 12. ſ. ex illa prima benedictione divina rebus naturalibus facta Deus benedixit ſuis creaturis, illisque vires generandi, fœtificandi & ſe multiplicandi conceſſit.* & p. 107. adjicit: *Quo poſito tanquam primo fundamento facilè intelligitur origo formarum in generationibus phyſicis, nempe quod forma oriatur ſive producatur à forma ejusdem ſpeciei. Forma hominis anima rationalis in generatione hominis, producitur ex anima parentum: ſic in generatione canis anima oritur ex anima generantis canis &c.* Et Judicioſus quondam Sennertus *Hyp. 4. Cap. 10. p. 292.* ita ratiocinatur: *Communicare hominem ſoboli etiam animam, omnino ſacris literis etiam conſentaneum eſt. Deus enim Gen. I v. 28. æque homini ac reliquis animalibus benedixit, dicendo:* Creſcite & multiplicamini: *Cujus benedictionis vi totus homo totum generat hominem; quod non fieret, ſi anima extrinſecus infunderetur. Quicquid enim pertinet ad integritatem naturæ humanæ eſſentialem, id propagatur per generationem. Verùm non ſolum corpus, ſed anima pertinet ad integritatem hominis. Er. etiã anima per generationem propagatur.* Cum hæc ipſa teſtimonia duabus Diſſertationibus, una: *De traductione formarum in hominibus*, altera: *De Creatione formarum* B. Sperlingius illuſtraverit ſatis, actum amplius agere nolui, ſed rem præſentem abſolvo deductione abſolutiſſima B. Wilhelmi Lyſeri quæ *Syſtem. Thet Exegetici* P. 587. hic legitur verbis: §. II. MULTIPLICATUR *ergo anima* PER PROPAGATIONEM, *quod in Ange-*

*lis*

Digitized by Google

iis locum non habet, cum benedictio ſimilis illis data non fuerit. Nulla ergo conſequentia, velle argumentari à ſpiritibus hiſce completis ad illos. CAUSA efficiens generationis ordinaria eſt homo, non unum individuum, SED MASCULUS ET FOEMINA, in naturali & divinitus ſtabilita unione conſiderati, Gen. II. 24. & h. l. notanter dicitur maſculus & fœmina ſexu diſtincto. In ſeſe ſunt duo individua, utut in creationis actu fuerit unum. ex benedictione divina: Maſculum & fœminam creavit & illis benedixit.

§. III. Sicut verò herba & arbores, per ſemen ſeſe propagant, vi divina ejusdem benedictionis, v. 11. nec non animalia v. 22 ubi quidem v. 25. non repetitur benedictio, quia antea ſatis de ea actum erat; ita & homines per ſemen prolificum propagantur, non in uno individuo, ſed in unione dicta conſideratum. NON ALIA h. l EST BENEDICTIO HOMINUM, QVAM AQVATILIUM, & volatilium. Multiplicare ſe enim omnes jubet DEUS

§. IV Et cum ſeptimo die, AB IMMEDIATA CREATIONE REQVIEVERIT Deus, vi benedictionis hujus etiam poſt lapſum Gen IX. 1. repetita, concurrit etiam in generatione, ita tamen, ut ſicut aves & piſces integri, ab avibus & piſcibus, ita & homo integer & totus, à patre & matre progeneretur. MULTIPLICARE enim juſſit Deus, non CORPORA SINE ANIMABUS, NEC ANIMAS SINE CORPORIBUS, SED HOMINES ANIMA ET CORPORE CONSTANTES Sicut & IN FOEMINÆ PRODUCTIONE, ex coſta animata ſive anima Adamiticæ translatione, aut nova anima inſpiratione, aut anima Adamitica diviſione, Evam anima preditam, בנה, ÆDIFICAVIT CREANDO Deus: Ita etiam à parentibus, PER GENERATIONEM ædificando בן, PARENTUM FILIUS, producitur, corpore & anima conſtans, ſine parentum animæ translatione, diviſione, aut animæ novæ creatione, ſed ingenita, ratione individui, facta una cum corpore, multiplicatione. Adeoque, ſicuti בנה non ſignificat CREARE, ita nec בן CREATUM. Adde PROPAGATIONEM IMAGINIS, ET PECCATI ORIGINALIS, cujus utriusque anima πρῶτον δεκτικὸν eſt. Unde Adam genuit filium in Imaginem ſuam, nempe carnem

de

*de carne Joh. III. 6. cum peccato, E. & cum anima. Nam corpus inanimatum, peccati reum dici non poteſt.*

§. V. PROXIMUM *animæ propagandi* MODUM *exprimere haud poſſumus.* Niſi forte in ſimili conſveto velimus dicere, animam infantis ipſo congreſſionis parentalis momento abs animis parentum ad inſtar flammulæ de alterius flammulæ ſubſtantia accenſæ, propagari & cum corpuſculo ſuo uniri.

§. *XLIV.*

Dickinſonii curioſa obſervata & demonſtrata ſecernant alii Conf. *Phyſ Vet. & Vera Cap. XI. totum De Opere ſexti diei p. 155. ſ.* Mihi hoc tantùm veroſimile eſt, omnia principalia membra ſpermatica in ipſo momento conceptionis ſimul fieri, velut & anima rationalis cum iisdem, in eodem fuſionis, ut ita loquar, inſtanti conjungitur, quod non erit incredibile conſideranti, vel Artificis omnipotentiam, vel neceſſitatem rei: Nam partes omnes ſic à ſe invicem dependent in operatione ſua, ut una pars abſqve alia nihil agat, nihil abſqve nervis cerebrum, nihil utiqve nondum factis inteſtinis, ventriculus operari poteſt; nihil abſentibus ureteribus renes; nec cor ipſum niſi per venas & arterias obeat munus ſuum. Quod nec attentabit qvidem ſine ſanguine. Qvocirca vetuſtisſimi ſapientes arbitrabantur omnia membra præcipua, quin in univerſum omnia ſimul formari: Unde & celeberrimus iſte Phyſicus Hippocrates affirmat: *Omnia membra ſimul genita eſſe, non unum altero prius* hujusque rei probabilitatem (præter omnia argumenta per rationem ſuppeditata) creabant freqventes inſpectiones abortionum, qvas ei præbebant publicæ meretrices; Illæ etenim, qvia ſolent abortum facere, quoties ſe concepiſſe in uretere crederent, freqventer occaſiones experimenti faciendi dederunt, qualia nec hodie deſunt inter honeſtiores fœminas conf. Dickinſon *l. c.* §. XXIIX. Sicut ergo omnia corporis membra, ſubtilisſimo tamen & machinæ naturali adaptato gradu in ipſo conceptionis momento producuntur, ita vi benedictionis divinæ anima rationalis eodem inſtanti propagata, & maſſæ corporeæ juncta officii ſui telam, corpus informando, augendo atque perficiendo, exordietur Conf. Job. III. 3. & Pſ. LI. 7 & ſubtilis Scaliger *Exotericarum Exercit. num VI Sect. 5 ſ.* Vitam ergo corpus habebit ab anima, cui unitum eſt, quando enim & quamdiu anima in corpore

 eſt,

Digitized by Google

eſt, eidem vitam communicat, ita ut non alia ſit vita corporis & animæ, ſed una & eadem non duplex vita. Vid. Lyſerus *l. c. p.* 584.

## XLV.

Petit ergo principium id, qvod Dn. Connor opinabatur, ſc. *Embryonis corpus in utero matris etiam non præſente anima rationali vivere potuiſſe.* & infantem *ſine artubus cum capite tantùm & trunco natum, cœcum, ſurdum, mutum & in tota cute paralyticum, dum cordis motus & reſpiratio ſuperſit, vita frui ſua, tunc etiam, qvando anima rationalis nullas exercere videatur functiones.* Qvemadmodum enim, qvando Deus inſpiravit primo homini נשמת חיים *ſpiraculum vitarum* inde concludere non poſſumus, *Deum humanæ animæ duplicem largitum eſſe vitam, qva non ſolùm vita hac ſpirabili, qua eſt caduca, frueretur, ſed & futuri ſeculi, qvod eſt æternum, capax eſſet.* qvæ ſententia eſt Dickinſoni *l. c.* §. *XLII.* utpote, qvi ſcimus Hebræis *nomen plurale in iis, qua recipiunt magis & minus, pro ſingulari venire, ad notandam emphaſin*, ut hac ratione Meſſiæ Mich. V. 1 tribuuntur מוצאת ſ. eminentiſſimæ & maximè mirabiles egreſſiones & generatio, ita primo homini inſpiratū ſit נשמת חיים ſpiraculum vitarum ſ. eminentiſſimæ & maximè mirabilis vitæ, qvæ ipſa ſua eſſentia brutis longiſſimè antecelleret & nihilominus omnia in ſalutem corporis vergentia munia ad miraculum expleret, ut taceam nomen חיים ſingulari numero carere. Ita duplicem iſtiusmodi vitam ne micula qvidem advertimus, deqve monſtro venditato id judicamus, quo ſit ens rationis caſuiſticum, genuinum iſti, qvod fingere voluit Celeberrimus *Deuſingius*, producens *animal humanum*, qvod tamen *non ſit homo*, hoc eſt, quod fictione ſua, *caret anima rationali* & tamen propius ad hominem accedit, qvam homini ſimillima turpisqve beſtia, ſimia ſcil., cui os ſublime, erectam ſtaturam corpusqve noſtro corpori per omnia ſimillimum dederit Numen; Interim à nihil aliud ſit, qvàm ἄλογον ζῶον, nec rationem habens, nec ſigna rationis edens, cujus ἔργον ſit nihil aliud, qvàm ingerere, degerere, egerere, ſtertere, currere, boare, in qvo hac ratione eſſent tantummodò ſpiritus animales & textura corporis craſſior totaqve moles ſit materialis & mente carens.

§. XLVI

§. *XLVI.*

Ille cœteris eqvidem paribus, regeri poſſet: Si caſus extiterit talis, reſpondebimus; in ſuperfluum autem, præſertim cum de operationibus diabolicis circa materiam, opinio prævaluerit Illuſtri itidem *Dn. Thomaſio*, cujus diſcuſſio nihilominus huic loco multum adferet lucis, aliqua monebo: Scio ergo, Illuſtrem Virum ſtricta conventus Sagarum hactenus venditatos excuſſiſſe crena, ut eosdem omnino ridens, picturam præmiſerit den kurtzen Lehrſätzen von dem Laſter der Zauberey cum additis rithmis:

Mein Leſer wiltu noch den Zauberberg verneinen
Es ſtell't ja dieſes Blatt dir ſolchen deutlich für/
Du ſieh'ſt der Hexen-Chor auff ſelbigen erſcheinen.
Wiewohl ich irre mich: Er ſteh't nur auff Papier.

Plana præter hæc Ejusdem eſt confeſſio §. 31. *Tractatus citati.* Der Teuffel hat niemahls einen Leib angenommen/ er kan auch ſolchen nicht an ſich nehmen/ und alſo hat er auch leiblicher Weiſe kein Bündniß ſchlieſſen können/ kan auch dergleichen nicht jemahls ſchlieſſen/ vielweniger hat er entweder ſich ſelbſt zur Wolluſt brauchen laſſen oder Hexen und Zauberer dazu gebraucht.

§. *XLVII.*

Tempus certè perderem, ſi reducendis Autoribus vel momentum impenderem, Poſt *Auguſtinum* namqve & *Lutherum* Celeberrimi Viri dubiolis ex aſſe dirimendis ſolertiſſimam admoverunt operam, inter qvos *Zeilerum*, Lambertum *Danæum*, *Schottum*, *Spizelium*, *Dn. Delrio*, *Hondorffium*, *Carpzovium*, *Molitorem*, *Freudium*, *Zachiam*, *Pottum*, *Meleritium*, *Schrödterum*, *Goldſchmidium*, *Teuberum*, *Grapium*, & conſcientia ac ſtudiorum acumine inclutis meritis inſignem JCſultum, Perill. Generoſiſſimum ac Excellentiſſimum Dn. à KLEIN abundantiſſimæ refutationis vice recenſeo, id tantundem Excellentiſſimo Dn. Thomaſio oppoſiturus, quod unanimi ſententia Dnn. Medicorum, imaginatione producantur molæ, corpus humanum vel ex parte vel in totum referentes, non tamen vitalis Imaginaria venere talem informem concretionem relinqvente, æqve ac natura autumnali tempore tubera producit, imaginarium regnum



Digitized by Google

gnum vegetabile ita meditans, qvia ſatis virium ad herbas producendas non amplius habet. Vid. Becmannus *Lin. Doctrina moralis Cap. II. §. VI.* Addantur A. E. L. *A. LXXXIII. p.* 240, 274. &c. Tenzelius item *Coll. Menſtr. A. XCI. p.* 333. & plures.

§. *XLIIX.*

Qvanquam igitur Sathanas ſit Spiritus ſenſus omnis & affectionis corporeæ expers ſicqve cum corporea ſubſtantia, anima ſenſitiva prædita, ob ſummmam naturarum oppidò incompatibilium deſcrepantiam jungi nullo poſſe modo videatur, propitia tamen negari veritate haud poteſt, ſpiritum hunc fornicationis ac ſpurcitiei, uti appellatur *Oſea C. IV.* corpus ex aere terraqve condenſatum, aliisqve elementis, vaporibus ac exhalationibus mixtis facilèqve ſolubilibus compactum & formatum, artificioſè induere, illud movere localiter, inqve hoc aſſumpto corpore ſuis mancipiis incubare, atqve viri verè concumbentis officio quoad actum coeundi, actualiter defungi poſſe, non ſine voluptate illarum, quæ ſua fœdiſſimæ mali dæmonis ſubagitationi nefanda ventre ſubjicere haud verecundantur. Vid Perilluſtris Dn. a KLEIN. *Volum Diſſert. Jurid. p.* 1193. *n.* 8. decido igitur cum Membro Collegii Curioſorum in Germania in den unpartheyiſchen Gedancken über die kurtze Lehrſätze von der Zauberey *p.* 34. *n.* 64. Iſt dem Teuffel möglich nach Lutheri Zeugnis/ Chriſti Perſohn an ſich zu nehmen *Vid.* Tiſchreden Lutheri/ loco vom Teuffel; oder in einen Engel des Lichts zu verſtellen/ ſo wird ihm gleichfals nicht unmöglich ſeyn/ einen groben Leib anzunehmen/ ja den ſündlichen Leib eines Menſchen zu imitiren; wie er ſolches allezeit hat gethan/ und noch thut/ wenn gleich dieſes Herrn *D.* Thomaſio nicht im Kopff wolte.

§. *XLIX.*

Quando & Diabolicum hunc actum conſeqvens mola, animalem vel rationalem vitam adipiſci nequit, & tamen ad tempus qvoddam vivere eadem conſpicitur, nil aliud inferendum, quàm Sathanam ad analogiam animæ, formæ aſſiſtentis ſuſtinere vices, & corpus artificioſè in hunc finem à ſe effabricatum, aut imagina-

tione

ſione productum movere, inqve ipſo recens natorum actiones æmulari, turpiſſima item ſpurcitie deformare; vel ſi lamiæ rationales ſe edidiſſe fœtus perſvaderentur, iſtos tamen, autem alienos eſſe & ſurreptos, qvorum loco ſuppoſititii in alienum tranſierint thalamum; aut ex propriis imprægnatas maritis veros humanos edidiſſe fœtus, qvos errore perciti Diabolo tribuerint, ut B. noſter *Lutherus* rectè docuerit: Kinderzeugen iſt allein ein Göttlich Werck, und da muß unſer Herr GOtt Schöpfer ſein. Den/ wir nennen ihn ja allezeit Vater / und muß auch die Conceptio per conſtituta media, & per homines in einem Momento geſchehen/ denn er gebraucht zur Schöpfung den Menſchen/ als ein Mittel / und durch dieſelbigen wirckt er allein/ und nicht durch den Teuffel / darum ſo müſſens geſtohlene Kinder ſein / wie denn der Teuffel wol Kinder ſtehlen kan/ wie man denn bißweilen wol Kinder in 6. Wochen verleuret / oder müſſen ſuppoſititii ſein/ Wechſel Kinder / die denn die Hexin nennen / Kiel Kröpffe. Wechſel Bälge und Kiel Kröpffe leget der Sathan an der rechten Kinder Stat / damit die Leute geplaget werden/ etliche Mägde reiß't er offtmahls ins Waſſer/ ſchwangert ſie und behält ſie bey ihm/ bis ſie des Kindes geneſen/ und leget darnach dieſelben Kinder in die Wiege/ nimpt die rechten Kinder daraus/ und führet ſie weg. Aber ſolche Wechſelbalge ſollen / wie man ſaget/ über 18. oder 19. Jahr nicht leben. Vid. Colloqvia Menſalia Lutheri: *Edit Lipſienſis de A. 1621. p. 105. ſ.* Addatur D. Rumpæi Diſſertatio Utrum Diabolus poſſit producere Subſtantiam Ao. 1710. D. IX. Decembr. in Archi Gymnaſio Suſatenſi habita.

§ *L.*

His ita copioſè præmiſſis exceptio ſeqvens fundamento caret omni, qvando Connor inſtitit: *Nunc qvæſo, cui uſui inſerviebat Spiritus huic homini vitam inter urſos degenti inditus. Nullo rationis exercitio ipſum gaudere, conſtat, qvia ſui miſeri ſtatus foret conſcius, & ad humanum conſortium fugeret, aut ſaltem*



Digitized by Google

*inter homines degens, non foret priſtinæ ſylveſtris vitæ cupidus.* quorſum & ſpectat Illuſtris Dn. Thomaſii opinio: Ich glaube daß ein ſolcher unter den *Beſtien* aufferzogener Menſch / wenn man ihn nachmahls / wenn er zu Leuten gebracht/daß er klug worden/fragen ſolte / was er gedacht/ wie er noch bey den wilden Thieren geweſen/ eben ſo wenig etwas darauff antworten könne / als wann man einen erwachſenen Menſchen fraget / was er in ſeiner erſten Kindheit gedacht? Poſtqvam enim evicimus diſertè, corpus humanum ſola anima rationali informari, & ut vita, ita functionibus humanis omnibus perfici, ſola inſtantia rem abſolvi poſſe præſentem ratus, hæc, qvæ ſeqvuntur propino. Docet Jll. Dn. Thomaſius Im Summariſchen Entwurff der Grundlehren/ die einem *Studioſo Juris* zu wiſſen. *P. I. Cap. XI.* §. 12. daß ein jeder Menſch ein Verlangen nach der Reinigung ſeines Hertzens in ſich empfinde/ und daß §. 16. dies Verlangen der Geiſt GOttes ſey/der in uns wohnet und uns zu hertzlichen Seufftzen antreibet; drum beſtehe §. 49. & 50. das Buch des Gewiſſens/oder das Erkäntniß ſein ſelbſt hauptſächlich darinnen/ daß man GOttes Geiſt und den Begriff aller Creaturen in ſich empfinden und woll von einander unterſcheiden lerne. Qværo itaqve cum noſtra & huic adverſiſſima ſententia ſit jam olim aſſerta, qvid videatur Jlluſtri Viro, de ſcintillis per omnium animas diſperſis & de Spiritu in fundo mentis diſperſo ac ibidem habitante, an per converſationem & ſocietatem demum advenerit? an verò re ipſa à nativitate adfuerit? poſterius certè, cum omnibus, qvi novam hanc hodie introducere moliuntur opinionem arripiet, & tunc infans inter urſos educatus eundem non minus poſſedit, quam infans omni rationis exercitio deſtitutus. Sed an hujus ſui feliciſſimi ſtatus conſcius foret ad humanum conſortium reductus? aut ad provectiorem ætatem adultus? Id, quod mihi reſpondere poſſe perſvadetur illuſtris Vir, iſtud reſponſionis loco adſumere fas judicabit.

§. LI.

§. LI.

Et ſic potius aſſumet ultrò ſimilia, cauſam noſtram, ſanctiſsimo codice, ipſaque naturæ rationalis forma, confirmatam corroborantia qvibus jus naturæ omnibus inſitum illuſtrare conſuevimus, venditando, *animum noſtrum illam eſſe tabulam, qva natura gerit ac oſtendit voluntatem DEI ejus quaſi manibus impreſſam & quaſi ſucco citreo inſcriptam, qui, ſimul ac ad ignem experientiæ admovetur, in oculos hominum incurrit. Neqve enim ulla re magis homines â brutis diſcernuntur, quam naturalibus illis fundamentorum juſti anticipationibus, quas qui vult tollere, non poterit non ſimul & rationem tollere, iſtis ex fontibus officia cognoſcentem, quam ideirco iis deſtitutam, cadaver eſſe rationis, non rationem, profundè more ſuo Scharrockius* de Offic. ſecundum jus naturæ Cap: II. n. 1. *demonſtravit.* Verba hæc ſunt Dn. Köenigsmanni *de Regno DEI morali in homines* §. 25. *p.* 19. & Dn. Nicolaus Mollerus: *De Polygamia omni, ab ipſo Juris & naturalis & divini Auctore omnibus & omni tempore prohibita Cap. II.* §. 34. 35. *p* 51. *ſ.* expreſsè ſatis perorat: *Ubi in natura communi arborum aliarumqve plantarum ita comparata eſt ratio, ut tempore hiemali externo omni gemmarum, foliorum, florum & fructuum ornatu privata conſpiciantur, appropinqvante autem vere vis intus latens & antea non conſpicua primum per gemmas, dehinc per frondes foliaqve, poſt per flores, demum per ipſos fructus ſeſe prodat: Sic & lex illa inſita, non minus atqve fides, donum DEI altioris adhuc ordinis, in infantibus involuta quaſi jacet, revera tamen tanqvam cordi inſcripta adeſt, in puerulis gemmas, in pueris folia primosqve flores, in juvenibus & adultis juxta cum plenitudine florum ipſos fructus protrudit oſtenditque aliis. Fit hoc ipſum, divina providentia & hic diſponente omnia, per divulgationem, quam vocant nonnulli, laudata modo promulgationis, quâ ad notitiam ejusdem actualem magis magisqve illa perducitur & applicatur, ſic, ut qua habitualis hactenus fuerat & obſcurior, nunc in actualem paulatim tranſeat.*

§. *LII.*

Ejusdem tenoris ſunt, qvæ Conſultiſſimus Dn. Nævius *de Jure Patrum Cap. I.* §. *VII. VIII. p.* 18. his perhibuit lineis: Bir

halten ſalvo judicio aliorum davor / daß das natürliche Geſetz / ſeu notitia voluntatis DEI gleichſahm per traducem ad poſteros transferiret werde ; Geſtalt wie der Eltern humeur und inclination in moralibus bey den Kindern erſcheinet / ſo erzeiget ſich auch die *Notitz*, des von GOTT des Menſchen vernünfftigen Seele eingepflantzeten natürlichen Geſetzes / welches mit den zunehmenden Kräfften und *organis* des Leibes / auch ſeine *incrementa* bekömt / und ſich mehr und mehr eröffnet / wenn nur der Menſch denen innerlichen *motibus* Gehör giebt und ſich des Verſtandes von GOTtes Geſetz und Willen nicht ſelbſt verluſtig machet / denn es hat jedweder Menſch gleichſahm ſeine verſchloſſene Ordre bey ſich nach welcher er leben und wandeln ſoll ; und wie ein General und Obriſter / dem ſein Fürſt oder *Principal* verſchloſſene Ordre ertheilet / die er zu gewiſſer Zeit / oder an einen beſtimten Ort eröfnen ſoll / vor der Eröfnung ſeines Herren Willen hat / er iſt aber noch nicht gewiß worinn ſolcher eigentlich beſtehet / und wie weit er ſich erſtrecket / biß ihm erlaubet / die Ordre zu erbrechen und den Innhalt zu erſehen ; Alſo hat der Menſch das natürliche Recht bey ſich ; es ſind aber gleichſahm verſchloßene Ordres / und kan *ſine adminiculo* des Innhalts ſo eigentlich nicht kündig werden / wenn er nicht Gottes General Befehl nach komt und zur Zeit da er zu Jahren komt die Ordres erbricht / uñ bey ſein Thun und Handel fleißig nachdencket / den innerlichen Licht und Überzeigung ſein Gewißens Raum gibt / GOtt üm Verſicherung ſeines Willens erſuchet / und wann es ein Wiedergebohrner iſt das *Moral* Geſetze und GOttes Wort fleißig höret und lieſet / ſo mögen ihm durch Göttlichen Beyſtand die bey ſich habende *Ordres* leicht eröfnet / und bekandter gema-

ma-

Digitized by Google

machet werden/ wie dann in den *Moral* Geſetzen jedweder ſein Ordre und *Inſtruction*, darnach er ſeinem Stande nach/ leben ſoll/ findet/ und iſt überzeuget/ daß GOtt den Menſchen auch *moraliter* reget und beweget.

§. *LIII.*

Quæ ipſa citati Conſultiſſimi Nævii verbis, quæ §. VI p. 15. ſ. leguntur, abſolvam: Wir beluſtigen uns/ inqvit, über die theoremata, welche wir aus GOttes Offenbahrung und der Natur ſchlieſſen mögen/ und halten ſine aliorum rectius ſentientium præjudicio davor/ daß Gott jedweden Geſchöpf ſeine beſondere formam directivam & conſervativam, nach Art und Unterſcheid wozu es erſchaffen und verordnet/ mitgetheilet; Inſonderheit aber denen vernünftigen Thieren/ ſo zu des Menſchen Nutz und Dienſt produciret/ ihre Principia conſervativa & ſpeciei verliehen/ weil ſie zu Erlangung ermeldten Zwecks ein mehrers nicht bedurft/ als/ daß ſie ſich und ſpeciem erhalten. Und weil nun GOtt den Menſchen zu einem viel höhern Zweck erſchaffen/ und ihm dazu viel vortrefliche Gaben verliehen/ zudem den Menſchen gleich als ſeinen Vaſallen mit dem Erdkreiß verliehen/ und ihm darauf die weltliche Herrſchaft dergeſtalt übergeben/ daß er der irrdiſchen Creaturen ſich zu ſeiner Nothdurft und Nutz bedienen möge/ deswegen der Menſch ſeinen Schöpfer per vero & directo Domino aller Geſchöpfe recognoſciren/ und debitam fidelitatem durch Beobachtung ſeines heiligen Willens und Dienſts bezeugen/ ſo wohl das verliehene zeitliche Guth gehöriger Maßen gebrauchen ſolle: So iſt zu Abſtattung ſolcher Pflicht vor den Menſchen ein beſonder Geſetz nöthig geweſen; Immaßen ein Geſetz nichts anders iſt/ als der eröfnete Wille des ſuperioris, welcher über den andern zu gebieten hat; Deswegen der Schöpfer der Menſchlichen Seelen ſeinen heiligen Willen/ ceu normam directivam cum intellectu practico & habitu

bitu conſervativo legis ſuæ divinæ verliehen / Kraft welches er wiſſen mag / wie GOtt zu fürchten und zu ehren / ſo woll in denen Menſchlichen Societeten-Liebe zu üben / und Gottgefällig zu leben / auch wie die Creaturen gebührend zu gebrauchen ſind; deswegen auch die Heyden dieſes dem Menſchen communicirte Geſetz Legem Dei æternam Lumen naturale oder Lumen practicum genennet / oder wie Cicero Lib. I. de LL. §. 18. ſchreibet: Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria dadurch den GOtt die vernünftige Welt regieret &c.

§. *LIV.*

Colophonis ergò extantiora cauſæ noſtræ momenta denuo collecturus, ſic infero:

Qvodcunqve Jus *veritas* eſt à DEO per viam naturæ *revelata*, & ipſum eſſe ac *opus legis in cordibus ſcriptum*, & *conſcientia* præterea munitum, quod *cogitationum* operatur motus, ita quidem, ut *Gentes legem* externam *nondum habentes*, *naturâ faciant qvæ legis ſunt & ſibimet ipſis lex ſint*, adeo quidem ut omnes ſint ἀναπολόγητοι *inexcuſabiles*, illud in forma completa adeſt; ut non tantum poſſint inde venire, ſed & actu ſecundo veniant & evenire debeant exercitia ac realitates. Porrò:

Qvodcunque jus velut *naturâ congenitum* completa ſua forma adeſt, etiamſi per ſenſus & Phantaſiæ opem nihil advenerit, & quidem *actu tam primo qvam ſecundo*; ut hac ratione mediante potentia naturali perficiat hominem ad *operationem fortiorem & nullis hominum viribus omnino mobilem*, illud habitu certè, non quidem acqviſito, ſed tamen verè connato aderit: Et tandem:

Si infantes, à nativitate item ſurdi & cœci, non tamen ſic dicti incubi vel ſuccubi, vitam nonniſi abs anima rationali habent, aut habere poſſunt, tunc Jus naturæ in forma ſua completa omnibus competens & animam rationalem perficiens ipſis diſputari neqvit, etiamſi acceſſerit caſu vel malitia ſuffocatio qvoad actum & exercitium ad certum qvoddam tempus.

Atqvi verum eſt prius. Ergo & poſterius.

SOLI DEO GLORIA.

---

*Sphalmata B. L. indulgentiæ committuntur.*